q non eſt in culpa qui facit qđ cōiter eſt cōſuetū fieri: ⁊ ideo ſi ſic carcerarij erāt ſoliti facere de nocte accedere ad dormiendum in domo propria hoc faciens nō cenſebit eſſe in culpa ſm Cy. ibi:q̄ dicit q nō eſt in culpa qui facit qđ alij faciūt q̄nimmo ēt ſi carcerarius nocte dormiebat in domo carceris ad cuſtodiam carceratorū ⁊ ſomno grauat' carcerati euaſerint nō tenebitur ſi ante dormitionē diligentiam fecerit q: clauſit ⁊ ligauit ⁊c nō fuit in aliqua negligentia p̄cedēti. p no.in.l.ſi.ſeruus ſeruuū.§.fornicarius.ad.l.acq.⁊ de dam.infec.l.fluminū.§. vitiū.vbi plene p Dy.⁊ docto.nā preceſſit duplex diligētia :q: ibi morā traxit ad dormiendū ⁊ clauſit ⁊ ligauit ⁊c.⁊ idē ſi muri ⁊ porte carceris ⁊ tectū erant fragiles ⁊ erant debiles vel carcer ſtabat i aliqua domūcula lignea vel in ſtabulo ex quib' faciliter poterāt euadere q: nō imputabitur carcerario ſi pinde aufugerint: ſ3 dño ciuitatis q̄ d3 carceres publico ſumptu reparare.l.pretoria.C. de ope.pub.vbi glo.ſingulariter de cōmentarienſe qui propterea quid expēdit qđ repetit:etiam debebit cōſiderari qualitas ⁊ quantitas carceratorum ⁊ delicta ⁊ debita p quibus erant carcerati fuerint ſenes ⁊ debiles aut robuſti pauci vel multi ſoliti aufugere vel non ⁊ ſi cōmiſerint grauiſſima delicta vel minima fuerint carcerati p debitis magnis vel puis fuerint homines poſſidētes vel nō poſſidentes fuerint tales qui veriſimiliter nō debuerint fugere vel fugere:nā ex qualitate ⁊ quātitate carceratorū ⁊ nō delictorꝫ erant cuſtodiēdi:ar.l.ſi hoie3. ff.depoſi.vbi text.valde no.q ſi deponat hō criminoſus ligat' apđ aliquē q̄ habebat turrim q̄ debebat de proximo torqueri q is cui datur d3 eū diligenter cuſtodire vinctū ⁊ non vti miſericordia alias tenetur:⁊ facit tex.in.l.qđ nerua.ff. depoſi.in verbo nō ad eū modū quē hoiū natura deſiderat cōiuncta.l.j.in vbo ſi criminis.qualitas ēt cathenarū acerbitatē poſtulauerit:⁊ cōiūcta.l.ad cōmentarienſem.⁊.l.ſi.c.ti.cōiunctis no.in.l.ſi vt certo.§.cuſtodiā.ff.cōmo. vbi maior cuſtodia d3 adhiberi iuueni q̄ ſeni:nā cuſtos carcerꝫ d3 referre p̄ncipi carceratū ſenē.l.ſi.de cuſto.reo.⁊ qđ hr in.l.ij.de epi.audi.vbi hētur q hi q̄ nō detinentur p graui delicto nō requirunt tantā cuſtodiā ſicut illi q̄ p graui:vbi dixit Bal.q ei q̄ aufugiſſet:alias d palatio d3 carcer grauari: ⁊ qđ hr i.l. itē apđ labeonē.§. qōnē.de iniurijs.vbi ſi cōſtat de delicto ꝯ reū carcerat acriter ⁊ alimēta denegat ⁊ confiteatur:⁊ in.l.ſi cōfeſſus.de cuſto.reo.⁊ qđ habetur p Bald.in.l.eos.C.de
16 appo.in §.j.[vbi dixit q re' criminis capitalis ſi daret mille fideiuſſores nō auditur:ſed d3 bñ carceratus ſtare: ⁊ qđ habet in.l. ij.de exhi.re .p Bal. vbi dixit q debet tenere vincula ⁊ manicas ferreas dicens q manice ferree excedunt formam cuſtodie ⁊ ſunt genus tormenti:per.l.j.⁊.ij.de cuſt.reo.qui etiam dixit ſimiliter q ligare carceratum non pertinet ad ſimplicem cuſtodiam ſed ad penā et ideo ſi poteſt cuſtodire optime ſine ligamine non debet ligari ſecundū Bal.
17 ibi ⁊ ad predicta facit quod habetur in.l.j.de cuſt.reo.[vbi habetur q carcerati de die debent ſtare in aliquo conclaui ⁊ de nocte intra carcerem ne luce vegetatiua priuati marcerētur:d3 ēt attēdi in tali cuſtodia aliud q: ſi carcerat' erat de proximo liberand' q: ſi non ita diligenter eum cuſtodiuit: q: excuſabitur ſi aufugit.per gl.ſingu.in.l.ſi pecuniā.§.ſi ſeruus.de cōdi.ob cām.ſicut ēt excuſabitur qui nō cuſtodiuit bene ſenem ſicut iuuenem:ſeu eū qui traditus eſt ligat'. l.ſi vt certo .rerum amota. ſecundum Ludo.in.d.§. ſi ſeruus.vbi Bart. etiam et idem tenet Ange.in.l.lege cor.ad ſilleia.vbi dixit q is qui ſemel aufugit licet alias nō eſſet diligenter cuſtodiendus erit:propterea carcerandus dicens ita limitari.d.§.ſi ſeruus.erit etiam carcerarius excuſatus a violentia : nam ſi venerint conſanguinei et per vim et violentiam carceres effregerint . vt ſepe viſum eſt ſi reſiſtere non potuit per ea que habentur in . l. ſed ſi damno. ff.loca. et.in. l .hoc ita.§. cuſtodiam. ff. de pericu. et commo. rei vendi.in ver

bo vt fatale dãnũ.⁊ vis maioꝛ ſit excuſata.⁊.ff.ↄmo.l.in rebus.⁊ in prin.q̃ñ nõ potuit ꝓuidere.de admi.rerũ ad ciui.ptinẽ.l.ij.§.ſi eo tpe.C.de pig.ac.l.q̃ foꝛtuitis.q2 nulla cuſtodia fieri põt ne damnũ iuria det.ff.cõmo.l.ad eos.ff.loca.l.ſed ſi dãno niſi culpa ꝑceſſerit caſum violẽtie.vt q2 ſciuit ⁊ potuit ꝓuidere. ar.ff.loca.l.ſi merces.§.culpe.⁊.ff.cõmo.l.ſivt certo.§.j.vel ſi culpa illa fuit ꝑoꝛdiata ad caſũ. ar.ad.l.rhodi.de iac.l.fi.⁊ ſemꝑ ꝑſumitur in eo culpa niſi pꝛobet ↄtrariũ.l.fi.de cuſto.reo.cum ibi no.ff.de eden.l.ſi quis ex argen.§.fi.Et.ꝫ.eſt tactum.¶tamen an excuſabitur carcerarius ſi filius vel vxoꝛ: carcerati inductus vel inducta veſte mulicbꝛi intrauerit carceres in quibus erat maritus aut pater iuſte carcerat⁹ vt darẽt alimẽta ⁊ induit veſtes mulieris carcerato q̃ exiuit carceres i foꝛma mulieris ⁊ decepit carcerariũ an ſit excuſatus. Floꝛianus diſputauit hanc q̃õnẽ late ⁊ incipit inquiſitẽ.de qua ipſe mẽtionem facit i.l.j.liber hõ.ff. ad.l.acq.q̃ eſt ſatis longa diſputatio:⁊ ſi q̃s vellet hũc caſum examinare hẽret tria videre. Pꝛimo an fili⁹ vel vxoꝛ q̃ diſcarcerauerũt ꝑ fallaciã teneat̃ crie maieſtatis vel effracti carceris. Scd̃o an excarcerat⁹ taliter poſſit in abſñtia ſua cõdẽnari ad bonoꝝ publicationẽ. Tertio an teneat̃ cuſtos carceris q̃ nõ adhibuit debitã diligẽtiã et calliditatẽ illoꝝ ⁊ ſui icuria.⁊ negligẽtia ꝑmiſit ſe decipi a filio vel muliere:⁊ q2 lõgus eſſet tractat⁹ :vide ibi Floꝛ.⁊ ꝓ carcerario iudicio meo facit tex.i.l.milites.ff. de cuſt. reo.i.v̄bo ꝑ vinũ aut deſidiã:⁊ i ꝟ.ſi v̄o foꝛtuito id admiſerit:in quo erit cogitandũ:eſſet etiã cõſiderãdũ ſi carcerati miraculoſe euaſerit de carcere pꝛout pluries viſum eſt:an ſit aliquid ſtatuendum contra carcerariũ ⁊ dico q̃d non: quia que ſpiritu dei aguntur non ſunt ſub lege ciuili.

a ¶Expẽſas Adde Fely. i.c.j.ꝺ l.bel. obla.⁊ l.c.ex reſcrip. in fi. verbis.de iureiur.

1 ¶Carceratos quis alimẽtare teneat̃?⁊ nu.2.
3 Carceratos alere piũ eſt.
4 Equo ſequeſtrato impẽſas q̃s teneat̃ impendere.

1 **An carcerarius** teneat̃ alimentare carceratos ne ſibi ꝑ inde ꝓpter alimẽta denegata moꝛiant̃ ipſe teneat̃. Dic ꝙ q̃uis carceratio in q̃ q̃s famẽ vel frig⁹ patit̃ cẽſeat̃ toꝛtura:vt dixit bar.i.l.j.§.diu⁹.ad ſille.¶tñ carcerat⁹ debet ſibĳpſi adminiſtrare expẽſas [a]ad l.acq.l.queadmodũ.§.magiſtrat⁹.extra de regu.l.ne religioſi. in fi.in aut.vt cũ de appel.cogno.§.ſi vnũ.de iceſt.nup.§.ſi v̄o.i quib⁹ ꝓbat̃ ꝙ ſuis ſumptib⁹ dꝫ ſe alere carceratus:⁊ ſi nõ hꝫ facultates ⁊ cã ſit ciuilis dꝫ hr̃e ſumptũ ꝑ carcerari faciẽtes ꝑ glo. no.i.l.fi.de ero.mili.ãno.ſm Ang.i.l.minime.C.de appel.⁊ ſi ſibi denegent̃ alimẽta aut lect⁹ ꝑ carcerari faciẽtẽ poteſt actione iniuriarũ ↄtra denegãtẽ.l.ſi victũ aut ſtratũ.C.de re iudi.⁊ etiã tenet̃ penali iudicio[b].vt ibi.⁊ allegat̃ quedã glo.in.l. eũ quẽ temere.de iudi.q̃ parũ facit:q2 iſti carcerati etiã ſi ſint dãnati retinẽt q̃ ſũt iuris naturalis.l.ſi i metallũ.de his q̃ ꝓ nõ ſcriptis ſm Bar.⁊ doc.in.d.l.ſi victũ.vbi Bar.d̃t ꝙ hoc hꝫ locũ i ↄdẽnato vel carcerato ꝓ cã ciuili q̃ detinet̃ i carcere ꝑ.l.j.q̃ bo.cede.poſ.⁊ in

b ¶penali iudicio.facit nota.dictum do.Feli.i.c. cuꝫ nõ ab homine. ad fin. de iudi. vbi monet pꝛelatos ꝙ caueãt q2 dũ carceratis lꝫ cum miſeria vitã relinquũt ſi tamen ex nimia miſeria moꝛiũtur fregularitatem incurrunt.

criminali pecuniaria.⁊ vide Bar.in.l.necare.de lib.agn.⁊ iſta alimētatio qñ eſt pauper dꝫ fieri ex alimonijs pauperū qđ ſpectat ad curiā epi:ar.l.ij.de epi.audi.⁊ melius in.l.iudices.co.ti.⁊.xvij.q.vlti.c.diffiniuit.⁊ in.c.felicis.vbi habes ꝙ hi qui cōfugiūt ad eccleſias † ꝓ delictis debēt alia.c.⁊.c.vxor.eadē.q.iiij.ſm Bal.l.ſatis.de i ius voc.⁊ in.l.ꝑſerti.i fi.de his q̄ ad eccleſias ⁊ in regno eſt expeditū in cōſti.regni humanitatis:vbi dꝫ ꝙ qñ eſſet paup dꝫ alimētari expēſis curie:⁊ vide extra de cle.c.vt ꝑſentis.⁊ vide de penis.l.oēs.vbi de humanitate car
3 cellarij.⁊ in.l.carceri.de custo.reo.† Nā piū eſt carceratos alere.tex.cū glo.in.d.l.iudices.vbi dꝫ ꝙ ſunt pauperes q̄bus cōpetit etiā reſtitutio ad ꝓbādū ſm Andre.de iſer.i cōſti.in pecuniarijs ⁊ nō ſolū alimēta carcerati pauperis ſpectat carcerari faciēti:verūetiā cuſtodia eoꝝ.qñ eſſet neceſſaria ⁊ fieret ad petitionē accuſatoris:ar.l.cū ſpe.de ero.mili.anno.ad exēplū teſti.l.qm̄ liberi.ad tre.l.ſciēdū ad exhi.l.ſed ſi hereditas.§.j.⁊ hoc donec in fine appareat: an captus ſit nocens in crie:⁊ ſi ille qui fecit cuſtodire nō ſit ſufficiēs dꝫ de publico ſatiſfieri.ff.ad ſille.l.lege.cū ibi no.⁊ de bo.dāna.l.diuus.de decur.l.circē ſium. Si aūt ipſa cuſtodia fieret in fauorē ꝑſone cuſtodi.vt qñ ꝓ ſua ſalute trađr cuſtodiētibꝰ vel pro ſuis agēdis vellet ſtare in palatio:tūc ipſe dꝫ ſoluere:ar.ff.fini.regū.l.iiij.§.⁊ de
4 rebus credi.l.qñ alr.§.is de pñtibus.⁊.l.pe.de ſta.⁊ imagi.† ſicut etiā dici poſſet de equo ſequeſtrato ꝙ dꝫ impēſas impēdere is q̄ facit ſequeſtrari:ar.l.ſi i aſia.§.j.ff.depoſi.⁊ extat cōſtitutio regni ꝙ litigātes pauperes debēt habere expenſas de publico:vt in cōſti.q̄ incipit.l.ꝑſenti.que eſt in ti.de dandis aduocatis pupillis. Et vide q̄ habes.ſ.in ṽbo expenſi.vbi qñ diues litigat cū potētiore:⁊ volo ꝙ bene notes tex.in.d.l.ij.C.de epiſ.audi.q̄ eſt ſingularis iudicio meo ꝙ multis fruſtratorie appellantis debent pauperibus erogari:⁊ ideo Neapolim ſepe mittuntur hoſpitali annunciantis.

1 ☞ Carcer ordinatur nō ad penam ſed ad cuſtodiam.
2 Carcerarius poteſt excarcerare ſine mandato iudicis qñ facta fuit generalis remiſſio criminum per principem.
3 Cuſtos caſtri an teneatur ſicut cōmentarienſis?
4 Commētariēſis ſi cōmiſerit carceres alicui qui tūc ſufficiēs reputabatur ſꝫ poſt ea mutauit mores nunquid commentarienſis tenebitur de carcerato qui negligentia talis famuli aufugit.

Licet dicatur ꝙ carcerarius nō poſſit carceratum liberare de carceribus ſine ſuo periculo abſqꝫ licentia magiſtratus.l.ne quis.⁊.l.milites.§.ſabino.de cuſto.reo.vel eius qui carcerari facit.quia depoſitū eſt reſtituenduꝫ deponenti non alteri.ff.depoſi.l.bona fides.circa medium:et carcerarius eſt loco depoſitarij.arg.l.j.in ꝑn.⁊.l.lucius.ff.depoſi.tñ qñ nō reperiť q̄ eum carcerari vel recomendari fecerit in carcerem debent fieri bannimēta ſi q̄s habuerit cauſam quare nō debet relaxari compareat ⁊c.⁊ ſi non reperiatur aliquis qui fecerit illum detineri eſt relaxandus vt voluit Bar.in.l.ſi quis vxori.§.fugitiuuꝫ.ff.de furtis.⁊ ang.in.l.fi.de exhi.rei.⁊ Bald.de condi.inſti.l.ſi q̄s.§.fi.dixit ꝙ fient ita bānimenta quādo carcerari faciens neſcitur vel non reperitur:nam de iure prohibetur aliquem diu in carceribus marcerari.l.j.⁊.l.de his.C.de cuſto.reo.† quia nō ad penam ſed ad cuſtodiā eſſe debet carcer.ff.de penis.l.aut dānum.§.ſolent.⁊ vbi eſt carceratus ex cā ciuili ſatiſfacto debito dꝫ relaxari.ff.de in ius vo.l.ea que.⁊ ſic ſi nullus compareat bānimentis factis q̄ cām allegauerit ſine periculo relaxať C.de remi.pign.l.ſi eo tpe.ff.ſi cui plus q̄ꝫ.p.l.fal.l.j.§.cū dꝫ.q̄ ꝓclamat etiā clericos includunt:quia eſt citatio conditionalis vt not.Bald.C.de teſta.l.teſta.cōiunctis.not.in.l.ea quidem.C.ſi manci.ita fuerit alie.⁊ ideo carcerarius qui re

laxauit carceratum ad mandatum iudicis erit ſecurus per predicta ꝛ per not. in l. fi. §. ſinaūt. de bo. auf. ꝛ ff. de mino. ꝛ. l. aitꝰ pretor. §. permittitur. que i frau. cre di. l. qui aūt. §. apud labeonem. de leg. iii. l. paulo calima. §. fi. ꝛ q: depoſitarius qui reſtituit mandato iudicis eſt liberatus per. d. l. bonafides. ꝛ per no. in. l. nam ꝛ ſi fur. ff. ſi cer. pe. in gloſ. nec tūc erit requirenda a carcerario cā quare detineť quia ſufficit mandatū iudicis: ar. l. ob es. de ac. ꝛ obl. ꝛ ita cōſuluit Pau. de ca. in ꝯſi. xlij. incip. l cā ercidij layci: tñ eo caſu tenebiť iudex carcerari faciens ſm bar. in. d. l. ſi qs vrori. §. ſi fugitiui. de fur. ꝛ facit tex. i. l. ne qs. de cuſt. reo. † poſſet de= niqꜫ carcerarius excarcerare ſine mandato iudicis vbi eēt facta gñalis remiſſio criminū p principē p no. in. l. j. domitianꝰ. ad turpil. ꝛ in. l. luciꝰ. co. ti. p bar. ꝛ i. l. ij. de cuſto. reo. dicēs qꝰ non extēdiť ad carceratos de crimine falſi. ꝛ tenuit Ang. in. cōſi. cclxiij. inci. q: coſultatio multū gñalis: vbi dixit qꝰ capitula pacis remiſ= tentia cria extenduntꝛ ad carceratos ꝓ tali cā: q: alias nō hēret effectū: plus di= co qꝰ ſi quis ſit accuſatus de crimine ꝛ carceratus: ꝛ deinde cōſtet eum nō delin= quiſſe qđ dꝫ relaxari: ꝛ idē in carcerato ꝓ debito ſi cōſtet eū nō teneri. l. nullꝰ. de exhi. re. vbi Bal. ꝛ no. Ja. butri. in. l. ſed ſi hi. de in ius voc. ꝛ p Bar. no. in. l. ſi qs vult. de qō. Ideo ſi aufugiat carcerariꝰ vel iudex non tenebiť ꝛ tūc tenebiť carce rariꝰ ad debita carcerati fugiētis qñ vere debitor erat Guil. i. l. quotiēs de exa. trib. cōmiſſione ex illa. l. ꝛ Bal. in. l. ad commentarienſem. C. eo. ꝛ in. l. penul. ꝛ fi. ff. eo. ꝛ in. l. ad cōmentarienſem. dixit † qꝰ tenetur de culpa cuſtos caſtri: q: ꝓmit= tit cuſtodiā ſicut cōmentarienſis: ꝛ Oldra. in ꝯſi. lxxxiiij. incip. quidā dixit de ca ſtellano qui commiſit alteri cuſtodiam caſtri q̄ caſtrū ꝑdidit: nec etiā tenebiť cu ſtos carceris de facto conſocij fugientis cū carcerato: vel ipſum carcerantis: tex. ſing. in. l. fi. ff. de cuſto. reo. quia iuſte erat conſocio confiſus qꝰ extendunt ibi do. ad caſtellanum qui fuit proditus a socijs: qꝰ non teneatur de facto ſociorum: qđ puto verum qñ dominꝰ carceris vel caſtri ipſe appoſuit ſociū vel ſatellites: aut ſocios qui prodiderunt caſtrum: ſecus ſi caſtellanus ipſe appoſuit ſubſtitutum caſtellanum vel ſocios aut ſatellites qui eum prodiderunt qꝰ ipſe tenebitur quí malos appoſuit cuſtodes. ar. l. qui tamen non idoneum. ff. cōmo. ꝛ. ff. nau. cau. l. j. §. ſi quis igitur. ꝛ inſti. de ob. que ex qua. delic. §. pe. ſi vero illos appoſuit ſupe rior non tenetur cuſtos ſm Barto. in. l. ad commentarienſem. † tamē ſi cōmenta rienſis cōmiſiſſet carceres alicui q̄ tempore cuſtodie diligens ꝛ ſufficiens repu= tabať q̄ poſtea mutauit mores non videť teneri: ar. eorum que dicuntur de magi ſtratibꝰ qui dant tutores. ff. de magi. cōue. l. j. §. ſi magiſtratus. ꝛ de nego. geſt. l. litis. §. ſi pecuniā. de admi. reꝝ ad ciui. perti. l. iij. §. ſi eo tpe. ff. cōmo. l. argentuꝫ ꝛ hoc tenet Oldra. in cōſi. xcij. incip. Rex habebat caſtrum: tamen an teneať illū preſentare dño. vide in. l. ex diui. C. loca. de quo habes in verbo familiaris. in. c. rectores ciuitatum. vbi de exhibitione famulorū. Si tamē carceratus impetra erat literas ceſſionis bonorum a principe cū mandato qꝰ cedendo bonis libera= retur: ꝛ carcerarius liberaſſet illū vel aufugerit anteqꜫ iudex decerneret admit tendū ad ceſſionem bonorum: vel non admittendum tenebitur: tūc carcerarius per iura iam dicta: tñ an teneať ad totū debitum vel ad intereſſe. Dico qꝰ ſi noto rium erat debitorem non eſſe ſoluendo propter quod debebat admitti ad ceſſio nem bonoꝝ qꝰ tenebiť ad intereſſe tātū: ar. l. fi. ff. de cuſto. reo. vbi diciť qꝰ cuſtos ſerui ſi aufugere permittat tenetur ad pretium ſerui: ꝛ melius in. l. ſi eū. in prin. ff. ſi quis cau. in text. ꝛ glo. vbi dicitur qꝰ datur actio ad intereſſe ſi quis promit= tat ſiſtere eū q̄ erat tēpore liberatus: ꝛ in. l. fi. in prin. de eo per quem factum eſt et facit quod dicitur in. l. ſi pecuniam. §. ſed ſi acceperit. de condi. ob cauſam. Et habes plene. ſ. in. ca. an poteſtas. qui aliquem tenebat arreſtatum. Quibus ad de quod carceratus auctoritate iudicis non poteſt relaxari ſine eius licentia: etiam de licentia creditoris ſm Barto. in. l. qui neqꜫ. ff. de in ius vo. quē ibi Bal.

ſequitur per not.in.l.ij.de offi.procu.ceſa.quod eſt verum ſm Ludo.ibi niſi ſuerit captus in fauorem alicuius: quia poteſt illo volente ſine mandato iudicis liberari.l.in ſeruitute.§.ſi petierit.de bon.liber.niſi eſſet carceratus in fauorem fiſci:quia tunc requiritur cõſenſus partis ⁊ iudicis per regulam.l.fina.ff.de pac. ⁊.l.ſi poſt mortem.in fi.ff.de cõtratabul.⁊.l.ſtichum.§.fi.de noua.⁊ hoc caſu ꝓbabitur mandatum iudicis deſcarcerando.

1 ☞ Contumacia vnius non eſt probatio cõtra alium.
2 Dolum vel culpam allegans debet illam probare.
3 Aufugere nõ dicit᷑ qui latitat ne carceretur.

QUaliter autem probatur contra cõmentarienſem qñ aufu-
git carceratus an ſufficiat ſola fuga carcerati au-
fugientis: dic ꝙ non quia fuga ⁊ cõtumacia vnius non nocet alteri:
niſi ipſe eſſet in dolo ⁊ lata culpa per.l.quotiens.de exac.tribu.et
1 quod Dy.no.in.l.j.qñ ex facto tuto.vbi Bar.† ꝙ contumacia vniꝰ
non eſt ꝓbatio cõtra aliũ ſm Bal.in ꝯſi.ſuo icipi.punctus ⁊ articu
lus queſtionis:dicẽs ꝙ tũc talis fuga nõ extenditur ad alium in quo ꝑ culpã nõ
requiritur.l.eius q̇.de iure fiſci.⁊.l.qui repudiantis.de inoffi.teſta.⁊ Bal.in.l.
ad commentarienſem.Tamẽ dubito in hoc:quia in dubio eſt preſumptio cõtra
cuſtodem.per.l.pe.de cuſto.reo.⁊ in.d.l.ad cõmentarienſem.vbi Bal.ergo ipſe
2 debebit probare qḋ aufugerit carceratus ſine dolo ⁊ culpa eius:† quia qui dolũ
vel culpam allegat lis probare debꝫ.l.qõnc.qui dolo.de proba.cuꝫ ibi no.tñ ta
lis fuga probabit contra fugientẽ:quia habebit᷑ pro cõfeſſo.l.eos.de cuſto.reo.
quod eſt verum quando erat carceratus ꝓ ſpeciali inquiſitiõe:ſecus ſi ꝓ generali
ſm Bal.in cõſilio punctus ⁊ articulus queſtionis dicens ꝙ qñ ꝓ ſpeciali inqui
ſitione ad hoc vt habeatur ꝓ confeſſo requiritur ꝙ fugerit cum captura ⁊ cõſpi
ratione.per.d.l.eos.alias ſi ſine nõ habetur ꝓ confeſſo:ſed aliter ꝓ morte iudi
cis punit᷑ ſm Guil.in.l.ſuccurritur.qui ex cau.maio.vbi Bald.⁊ in.l.admonẽdi.
3 de iureiur.⁊ adde Bal.in.l.j.in.iij.col.C.de edi.actio.qui dixit † ꝙ qui latitat ne
carceretur non dicit᷑ aufugere:vbi dixit no.ꝙ quãdo ſunt duo carceres:vnus ma
ſculorum:alter feminaruꝫ ſub vna cuſtodia ⁊ clauſura:ꝙ ſi quedã mulier aufu
git de carcere mulierũ ⁊ iuit ad carceres virorꝫ:qḋ dicit᷑ exiuiſſe de carcere:quia
erant diſtincte habitationes per domos licet ſub vna claui cõmunitionem habẽ
tes inducunt diuerſitatem domorꝫ:ſecus ſi erãt diſtincte ſolum per cellas vel ca
meras.l.q̇d ſit fugitiuꝰ.§.apḋ celſuꝫ.de edi.edic.dicẽs ꝙ erit excuſata ſi fugerit
cauſa libidinis fugiẽdi.per.d.l.§.caſſius.⁊ ꝟ.ideoqꝫ.⁊.l.iſti q̇dem.ꝙ me.cau.⁊.l.
igitur.de libe.cã.⁊ idem ſi cõmentarienſis permiſit eam abire cauſa accedẽdi ad
eccleſiam cum propoſito reuertendi ꝙ nõ dꝫ cuſtos facere:q: officiũ eius eſt te
nere incluſos:niſi hoc faciat ex cõſuetudine publica:qꝛ nõ eſt delictum quod pu
blica cõſuetudine permittit᷑.ea.l.§.apud labeonẽ.ſm Bal.in.d.l.j.de edil.actio.
que ſunt no.⁊ aliquando occurrẽtia in carceribus magne curie vbi ſunt diſtincti
carceres carceratorum pro cauſis ciuilibus ⁊ ꝓ criminalibꝰ ſub vna clauſura:et
aliqñ accidit ꝙ illi de vna clauſura vadunt ad aliã:⁊ accidit ꝙ illi q̇ detinebant᷑
in clauſura criminaliũ acceſſerũt ad clauſarã ciuiliũ carce.q̇ erat minꝰ tuta ⁊ mi
nus fortis:⁊ nocte fregerũt carceres ciuiliũ ⁊ oẽs aufugerunt:nam fuit in culpa
tus carcerariꝰ qui permiſit illos crimiales accedere ad ciuiles carceres.ad que
facit qḋ dixit Guil.i.l.ſuccurrit᷑.q̇.ex cau.maio.ꝙ ſi carceratꝰ viderit oſtiuꝫ car
ceris apertũ ⁊ exiuerit ꝙ nõ tenebit᷑ pena effracti carceris: ⁊ Ang.hoc ẽt refert in
l.vex.de fur.⁊ in.l.j.de effra.⁊ qḋ Bar.no.i.l.ſi q̇s.de cuſ.reo.plꝰ etiã dixit Ang.
in.l.eos.ff.de cuſt.reo.dũ alleg.l.ſolent.ꝙ ſi aliq̇s cõdẽnat᷑ ꝙ debeat ſtare certo
tẽpore i carcere ⁊ aufugiat a dictis carceribus ꝙ non tenetur ad penaꝫ quia non

potuit condemnari ad illam penam. ⁊ facit. l. vis eius. C. de pro ba. vbi habetur q̄ illicite carceratus poteſt iuſte aufugere.

1 ¶ Bonus eſſe quilibet preſumitur in dubio.
2 Carceratio eſt de actis ſeu de proceſſu cauſe.
3 Notario magis creditur in dubio q̄ alteri viro idoneo.

Pone quod carceratus aufugit cum notario poteſtatis q̄ in officijs reputatus fuerat: ⁊ reputabatur homo fidelis an teneatur ptās. Uī q̄ nō q̄ ꝓpter eius bonā famā potuit ⁊ debuit ptās p̄ſumere fore bonum ⁊ legalem. ar. ff. de re mili. non ois. §. a barbaris. extra de p̄ſum. c. ex ſtudijs. et. c. ſcḋm. 1 ſet quia in dubio quilibet p̄ſumit bonus a. l. oino. C. de inoffi. teſta. Dy. in rub. qui ſemel: ⁊ ꝓpterea non vī fuiſſe in culpa: q̄a quilibet diligens ptās hoc feciſſet ꝑ no. in. l. q̄ nerua. depoſiti. Rō aūt quare officialis tenetur ꝓ ſuo familiari: q̄ non deb̄ vti opera maloꝝ viroꝝ quoꝝ opis vtens cenſet in culpa: iō tenetur ex quaſi maleficio gl. ff. de officio ꝓconſu. l. obſeruare. §. proficiſci. ⁊ inſti. de obli. ex q̄. maleficio. §. pen. ⁊. l. j. §. j. ff. furti aduerſus. hic aūt ptās ab oi culpa vī excuſat⁹ ꝓpter bona opa dicti notarij. ⁊ vt dixit Bal. in. l. ſi crea. in fi. de pig. ac. ois culpa videtur ceſſare q̄n aliquid fit ab eo de quo veriſilr erat ꝯfidendum. ar. ēt no. in. l. ſi patron⁹. ff. de ꝯſir. tuto. ⁊ facit in argu. l. fi. §. iter dum. de cuſto. reo. vbi ſi vnus ex cuſtodib⁹ carceris aufugiat cū carcerato: alter eſt excuſatus q̄ remanet: vbi Ange. dicit ꝑ illu3 de caſtellano a ſocijs ꝓdito q̄ excuſatur ꝯfirmationē3 adduco: q̄ notarius actoꝛis curie eſt cuſtos et cōſeruatoꝛ actoꝝ. vt in. l. 2 his apud quē. de eden. ⁊ in. l. acta. de re iudi. cū ibi no. ꝑ doc. ⁊ l. c. q̄n cōtra. de ꝓb. †Et carceratio eſt de actis ſeu de ꝓceſſu cauſe: ꝑ not. in. l. eos de appel. in q̄one an carceratus appellatione pendente d3 ſtare detētus penes iudicem a quo vel penes iudicem ad quē qui ꝓceſſum aduocauit: ⁊ dixit Ange. in. dī. l. fina. §. interdū. q̄ nemo eſt q̄ poſſit ſe a ꝓditione p̄cauere: niſi ſit hō diuinus: ⁊ ideo ignoſcendum ſit ei qui paſſus eſt proditione. ꝑ tex. in. l. ſi. fideiuſſoꝛ. §. in olbus. ff. mād. ⁊ facit q̄d voluit Bar. in. l. ſi quis exargen. §. an vero. ff. de eden. vbi dicit q̄ dī caſus foꝛtuit⁹ q̄n fit a famulo fugiente: de quo caſu foꝛtuito officialis nō teneī ff. de cuſ. reo. l. milites. §. ſi ꝟo foꝛtuito. ꝓ quo facit q̄ l3 mgr̄ at⁹ teneaī de culpa. l. nō ſi mulier. ff. de magi. ꝯue. nō t̄n teneī de caſu foꝛtuito. d. §. ſi ꝟo foꝛtuito ⁊ in caſu ꝓpoſito vī caſus foꝛtuit⁹ potius q̄ plura ꝓpter precedentē fidelitatē illius notarij: vt. ſ. eſt dictū: ⁊ q̄ notarij ſolent eſſe fideliſſimi: et gerunt vicē duoꝝ 3 teſtiu3. l. ſi q̄s decurio. C. de falſis. † ⁊ in dubio magis crediī vni notario q̄ alteri viro idoneo: gl. in auī. de here. ⁊ fal. §. ſi vero. ⁊ ſi. quā Bal. alle. in auī. ſed cū tenoꝛ. C. ad. l. fal. ⁊ ſic vī caſus foꝛtuitus. vt dicit Bald. in. l. que foꝛtuitis. de pig. act. dum loq̄tur de caſu foꝛtuito: vbi alle. bona iura preſertim ſi tenebat dictum carceratum in loco ſolito carceris: q̄ non poſſet ſibi ad culpa3 imputari. vt no. bal. in. d. l. ſi creatoꝛ. in ſi. de pigno. ac. C. ⁊ facit l. pignus. eo. ti. et plus dixit Bal. ibi q̄d in dubio non apparētia an ſit culpa vel caſus non pōt fieri ſentētia contra reum p̄ſerti3

a ¶ Bonus. Adde d. Frā ci. are. in. l. i ſubſtitutiōe circa finē. iij. col. de vulg. ⁊ pup. ⁊ dn̄3 Fely. i. c. dudum. de p̄ſū. ⁊. d. Pe. phi. coꝛ. in ꝯſi. iij. inci. ſ. in lr̄a. b. in. ij. parte

ſi erat iniuſte carceratus qui licite poterat fugere.l.vis eius.C.de probat.vel ſi erat in actu liberationis in quo minor cuſtodia requirebatur:vt not.Bart.poſt gloſſ.in.l.ſi pecuniam.§.ſed ſi accepi t.de condit.ob cauſam.ff.et de hoc vltimo ſ.latius diximus.

1 ¶ †Poteſtas an debeat tractari tanq̄ ciuis? et nu.3.
2 Poteſtas pro delicto commiſſo in officio dz puniri pena ciuium: vbi alia pena eſſet in forenſi.

1 **Ciuilitas** officialis.†An poteſtas ⁊ ſui debeant tractari tanq̄ ciues in ſtatutis ⁊ aliis dic q̄ ſic:q: quilibet ptās et rector cum ſua familia eſt veluti ciuis durante officio et in ſindicatu: q: ciues appellanṫ municipes:⁊ econtra.l.j.ad muni.poteſtas appellantur magiſtratus municipalis:ar.l.magſtatus.ad mu.et.l.lucius:⁊ l.filius.§.ſenatores.⁊.l.muni.§.iudex.⁊.C.de incol.l.ciues.et.l.fi.in gl.q̄ de rufino.Frā.Accur.tñ depoſito officio deſinit illa ciuilitas:ar.no.in.l.barbarius. Philippus ſm And.in ꝯſi.xxiij.vbi dicit in prelato q̄ rōne prelature eſt ciuis q̄ depoſita prelatura deſinit ciuilitas eius⁊ vide in.c.an officialis durante officio
2 et in verbo gabella.j. ¶ Ptās pro delicto commiſſo in officio debet puniri pena ciuium vbi alia pena eſſet in forenſi:q: eſt caput ciuiū:⁊ ideo debet eodē priuilegio gaudere quo ſui ciues gaudent.ar.l.quo ad ſtatū:de teſt.mili.⁊ q: eſt ciuis donec eſt in officio.gl.in.l.fi.C.de incolis.idem in eius familiaribus: q: ei⁹ priuilegio gaudent.l.j.de epi.et cle.de iudi.l.nō alias.§.ij.Bal.in.d.§.pficiſci.bar. in.l.filij.§.fi.ad muni.⁊ in.d.l.ciues.et q̄uis officialis habeaṫ pro ciue ⁊ forū ſortiatur vbi offm̄ exercuit non conuenitur ibi: niſi pro his que ibi geſſit rōne offi
3 cij:non in aliis ſm Bar.in tractatu repreſaliarum.in.ij.q.principali:†⁊ intm̄ eſt ciuis q̄ offendens officialem punitur pena parricidij.d.l.fi.vbi Bal.⁊ vide Cy. in.l.ſi ꝯuicij.C.de iniur.⁊ vide.ſ.in tit.de offi.ſindicatorum.in.c.fi.

1 ¶ Statutum ciuitatis loquens de ciue habet locum in ptāte ⁊ officialibus.
2 Prepoſitus regimini alicuius eccleſie efficitur q̄diu durat in illo officio.
3 Reges habent ius patronatus in epiſcopatu ſue ciuitatis.
4 Ciuis non poteſt eſſe officialis vel aſſeſſor in ſua ciuitate.

1 **Statutum** †ciuitatis loquens de ciue hz locum in officialibus:q: ipſi cum tota familia durante officio ſunt ciues ciuitatis etiā durante ſindicatu:q: ciues appellanṫ municipes:et econtra ſm Frā.accur.p.l.j.ff.ad munic.q: ptās appellatur magiſtratus municipalis.l.magiſtratus.ff.ad muni.l.luci⁹.⁊.l.filij.§.ſenatores ⁊ municeps.⁊ gl.in.l.ciues.C.de incolis.li.x. vbi de rufino poteſtate bononie per quā glo.dixit Bar.in.l.j.ff.ad muni.quod miles poſitus in aliquo loco ad exercendum militiam efficitur ciuis illius loci,
2 alleg.l.municipes.§.fi.eod.ti.inferens propterea†q̄ prepoſit⁹ regimini alicui⁹ eccle:⁊ ſic illi militie etiā efficitur ciuis ciuitatis vſq̄ quo durat i illo officio ſiue exercitio:⁊ dixit Bal.in.§.proficiſci.q̄ officialis eſt caput ciuiū:⁊ venit puniēdus pena ciuium ⁊ dz propterea gaudere priuilegiis q̄bus ciues gaudent:ar.de re mili.l.q̄ cōſtitutum ⁊ p.l.ciues.ſ.alle.dicens idem eſſe in ſuis familiaribus. ar.l.j.de epi.⁊ cle.que not.q: alias allegaui in queſtiōe ciuitatis: que habebat ex antiqua conſuetudine vel priuilegio q̄d non tenetur ſoluere ius herbagij in territorio alterius ciuitatis q̄ hac immunitate etiam gaudere dz officialis aut dño aut baro ciuitatis illius:q: ipſe baro vel dñs ciuitatis vel terre eſt ciuis: et eſt vtilis dñs territorij ſue ciuitatis ⁊ terre vt in conſti.regni cōſti tu.⁊ in cōſtitu. conſuetudinem:⁊ in ſi.et ad ipſum ſpectat ius herbagij in terra ſua:⁊ in ſi cōui=

cini corrodunt territoria ſua de ſuo corrodunt:ergo ipſe põt ꝛ dꝫ corrodere cõ
uicinos:ar.c.regni.pondus equũ:et qꝛ caput eſt ciuium.ꝑ quo facit gl.in.c.oẽs
pricipes:de ma.ꝛ obe.vbi dr̃ qꝫ magiſtratꝰ ꝛ reges dñr habere tot domicilia ꝗt
terras hñt ad eoꝝ manſiones paratas:lꝫ habeant vnũ domicilium principalĩꝰ:
qđ refert ꝛ ſequitur Bar.in.l.aſſumpto. in fi.ff.ad muni.ꝛ vide Bal.in.l.ſi quis
ad declinandã.de epi.ꝛ cleri.vbi poſuit in quo loco ſoluant decimas ꝛ iura par
rochialia allegãdo Inno.in.c.ij.de ſepul.ꝛ vide in cle.paſtoralis. de re iudi.et
cano.in.c.ex parte.de for.cõpe.ꝛ dixit Bal.ſinglr̃ in.c.quanto de iudi.† qꝫ reges
5 hñt ius patronatꝰ in epãtu ſue ciuitatis. alleg.Archi.xliij. di.dicens notabilr̃
pro ducibus Alamanie: ꝛ vide.§.in.c.officiali.ꝛ iudicibꝰ in ti.de ſindicatoribꝰ.
4 ¶ Ciuis vnius ꝓuincie vel ciuitatis non põt in eadem eſſe officialis vel aſſeſſor
ratione ſuſpitionis.ff.qui.ex cau.maio.l.hi qui.ꝛ.l.ſi cui.ꝛ in iuribus ibi alle.
in glo.in conſtitutio. regni iuſtitiarij ꝑ prouincias.vbi de oibus officialibus ꝗ
ciues eſſe nõ pñt in prouincijs eoꝝ:ꝛ in cõſti.vt participatio ꝑ And.de iſer.ꝛ in
c.regni.Item ſtatuimus:nec ibi matrimonia ꝯtrahere ipſi vel eoꝝ filij:ſicut etiã
eſt de iure cõi.vt in.l.j.C.ſi rector ꝓuin.ꝛ in ti.ſi qua predi.poteſtate:ꝛ vide.§.i
ꝟbo aſſeſſor. ¶ Si ſtatutum ciuitatis iponat penã ciui nõ expediendi cãm corã
ſe ductam infra certum tp̃s habet locum in forenſi electo ad officium in hac ciui
tate:quia efficitur ciuis ꝛ ſubditus ciuitatis.glo.in.l.ciues.de incolis.lib.x.vbi
Bar.in.l.j.et in.l.municipes.in fi.ff.ad municip.igitur eiꝰ negligentia põt puni
ri ibi.ꝛ ſic de delicto conſummato ratione negligentie tenebit̃ ad penam.ꝑ not.
per Ioan.andre.in capitu. perpetue. de elect.in.vj. et in rubri.in penis. ſecun=
dum Ludouicum. ccccxv.

1 ☞ Poteſtas ſeu alius officialis põt pronũciare tam in ciuili ꝙ̃ in criminali cũ
conſilio ſuorum iudicum.
2 Poteſtas ſi dicat in ſententia ſe pronunciaſſe de conſilio aſſeſſoris: preſumitur
de conſilio conſenſu et aſſeſſoris pronunciaſſe.
3 Poteſtas ſi tulerit ſententiam iniquam de conſilio vicarij punitur vicarius.

1 Conſilium † poteſtas ſeu alius officialis debet pronun=
ciare tam in ciuili quam in criminali cum de=
liberatione ſuorum iudicum.l.humanum.C.de legi. ꝛ.l.penul.C.
de ſacr. ſanct.vbi Bald. pro quo facit.l.dubium.C.de diuor. Bal.
in.l.j.C.qui accuſar.non poſſ.non tamen debet poteſtas aliquem
ex ſuis iudicibus ad conſentiendum cogere minis vel alio modo
ſi vellet aliquem punire:vel abſoluere cõtra ius:quia ex hoc in ſindicatu tene=
bitur per id quod Bartolus dicit in.l. prima.in principio.ff. de ſiccarijs.etiam
maximi magiſtratus qui cogerent officiales ſuos qui facerent iniuſtitiam tene
rentur depoſito officio de vi publi.l.lege.ff.de vi public. et in. l.dolo. eodem ti
tul.et ibi Bart.et ideo tunc iudices et aſſeſſores debent in actu proteſtari quod
non conſentiunt.l.quoniam iudices.C.de appella.Quibus adde not.per Bar=
to.in tractu repreſaliarum dicentem ſi officialis tenetur de iniuſtitia ſui preſi=
dis vel ſuperioris quod ſi ipſi officiales induxerunt preſidem ad iniuſtitiam te
nentur.l.per hanc.de aduo.diuer.ꝛ.C.de excuſa.mu.l.pe.in fi.lib.x.Illi aũt aſ=
ſeſſores et officiales qui ſunt abſentes vel ignorantes non tenentur. l.j.in fi. de
magi.conue.Si autem officiales ſunt preſentes et non conſentiunt nec contra=
dicunt.et ſint tales ad quorum officium non ſpectat conſulere:vt ſunt notarij ꝛ
birruarij qui non conſulunt iſti non tenentur:quia non poſſunt reſiſtere ſupe=
riori ſine dedecore. l.j.§.officium:vt omnes cauſe tam ciui. niſi in vno caſu po=

ſito ibi in gloſſ. in quo quilibet poteſt reſiſtere iniuſtitiam facienti[a]: non autem in alijs caſibus vbi iuris peritia requiritur. arg.l.ij.ff.q quiſq iuris.q officiales adhibiti ad conſulenduz tantum tenerentur: de hoc.d.l.qm non alij.tn in caſu in quo dubitaretur ſi aſſeſſor fuerit abſens ſciens: vel ignorans. Bart.ibi reliquit cogitanduz. In quo Ang. de are.in maleſi.dixit q hoc preſumetur ex qualitate perſone: vt ſi factum multū fuit i curia cognitum publice ſciebat: q preſumit q vt aſſeſſores ſciuerint q vtplurimū ſtant recluſi in palatio.ar.glo.in.l.tutor de periculo tuto.alias aūt ignorantia pſumitur velut in facto alieno. l.fi.pro ſuo.Mihi aūt vr aliter dicendū q ſi quidem ſum in aliquo officio in quo aſſeſſores de ſtilo ponūt manū in proceſſib in quor expeditione et deciſione interueniūt: vel ſcribunt vota iudicum in cauſis vt eſt in magna curia vel in pſilio.et tūc ſi non reperitur votū vel man alicuius iudicum in eo qd fecit ſupior non preſumit notitiaz habuiſſe: et pbabitur illa negatiua per inſpectionem pceſſus vel libri votorum: ar.no.per Bar.in.l. tiele textores.de lega.iij.vbi dicit q negatiua talem nō allibraſſe bona ſua in libro pbatur p inſpectionē libri: et facit text.in.l.fi.de iureiur.et late Bal.in.l.ij.de erro.aduo.vbi aūt iſta non fierent: tunc ſiquidē ſuperior eſt ydiota: et protulit aliquā ſniam i offō:

2 et cauſa cognita et tunc ſi ptās dicat in ſnia ſe pnunciaſſe de cōſilio aſſeſſoris pſumit de conſenſu aſſeſſoris et conſilio pnūciaſſe: et non reqritur q hoc pbet ſm Cy.et Bar.in.l.diez functo.de offi.aſſeſſoris.q dicit q ſp ptās preſumit facere de pſilio aſſeſſoris.et p no.p Bal.in repe.l.diem fun.vbi dicit q ptās in dubio preſumit remotus culpa aſſeſſoris ex quo eius cōſilio oia ſunt pagenda: et pſumit ſibi malum pſilium dediſſe: in auť.de iudi.§.j.et dicit Guil.in.l.j.ff.qd quiſq iur.q ſi ptās protulit iniquam ſniam pnte vicario q pſumit ei cōſuluiſſe.per.l.qm.de appel. vbi aūt ptās fecit aliquid extraiudicialr et de facto non preſumā illud feciſſe de pſilio aſſeſſoris qn nō probatur vere vel preſumptiue eius ſcientia vel pñtia: quia eius officiuz nō vertitur niſi in conſulendo ſententiam et videndo in cauſis vſq ad concluſionem.l.metum.§.ex facto q me.cauſa et in auť.de iudi.§.ad hec et q not.in.l.certi iuris.C.de iudi.et ad alia contenta in.l.j.de offi.aſſ.vn ſi aliud nō pcernēs aſſeſſoris officiū fecerit poteſtas: vel ſi pcernat et de facto fecerit preſumitur q nō fecerit de cōſilio aſſeſſoris: qn non probatur eius preſentia vel ſcientia: ar. predictorum iurium: et quia pro aſſeſſore preſumitur q ratiōe conſcientie non faciat contra ius.l.ij.de offic.ciuit.iudi.et.l.herennius.§.gaya.de euic.et Cyn.in.l.j.de prohib.ſequeſtr.pecu. niſi aliud appareret quod ſciuerit ſecūdum Bald.in.d.l.j.in repet. preſertim.vbi de more aſſeſſoris erat qd non habitaret in palatio: vt eſt in regno: et veniret certis horis ad banchum: vt in conſtitutione regni baiulos: quia ſi poteſtas aliquid fecerit ſine cōſcientia et conſilio eor non tenebunt ipſi aſſeſſores. et etiā vbi ptās eſſet ſolitus multa facere ſine aſſeſſore.ar.l.vl'vniuerſor. de pign.&c.et per no.per Barto.in.l.de pup.in.§.ſi quis ipi ptori.de no.ope.nun.quia aſſeſſor non preſumitur ſibi conſuluiſſe

a Facienti. Adde eundē §.i appello. in.j.col.et qd ibi dixi i apoſtil.et in.c.aſſeſſor.

ſe per predicta:ꝛ ita ſeruatur in magna curia quãdo regẽs ali-
quid facit/ſine iudicibus qñ ipſi recedũt de curia ꝛ vadũt ad do
mos vel per ciuitatẽ ꝙ nõ imputatur iudicibus:ideo in ſenten-
tijs ponunt̃ noia iudicum qui interfuerunt ꝛ executoꝛijs:ꝛ in
alijs ponunt̃ ſigilla iudicũ que ſi non inueniant̃ nõ p̃ſumunt̃ cõ
ſcij ipſi aſſeſſoꝛes:ar.l.ij.C.de rebus alie.non ali.ꝛ bal.in.l.in
fraudem.de teſta.mi.i.ꝛ de pace cõſtã.in.iij.col.Et ideo qñ po-
teſtas male agit aſſeſſoꝛes debẽt recedere ꝛ ꝓteſtari in ſcriptis
in actis:vel qñ poteſtas aliquẽ inuentũ cum armis toꝛqueret
de facto vel aliquid contra ius ageret vt ipſi non teneant̃ q̃ de-
bent facere ſicut pilat⁹ fecit in paſſiõe xp̄i lauãs man⁹ ſuas ꝛc.
Et quidã aſſeſſoꝛ vidẽs capitaneũ toꝛquentẽ ſine indicijs quẽ-
dam carceratũ proteſtatus fuit penes acta curie ꝙ non cõſentie-
bat:ꝛ deinde ſtetit in toꝛtura ꝛ interrogabat toꝛtũ qui fuit con
demnatus vna cum capitaneo non obſtante ſua proteſtatione.

5 ¶ † Si poteſtas dedit ſniam iniquam de conſilio vicarij:[a] punit̃
a vicari⁹.l.ij.ꝙ q̃ſq͡ iur.vbi dicit Guil.de ſuza.ꝙ ptãs ꝓtulit ini-
quã ſniam ꝛ vicari⁹ erat ad banchũ ꝛ nõ cõtradixit p̃ſumit̃ ei cõ
ſuluiſſe ꝛ punit̃:ac ſi eſſet lata de ꝯſilio ſuo p.l.qm̃.C.de appel.
iõ aſſeſſoꝛes debẽt ꝯtradicere ꝛ nõ aſſociare poteſtatẽ ad bãchũ
qñ aliquid volũt cõtra ius agere:qñ aũt de cõſilio ſapiẽtis ma-
le ꝓnunciauit aſſeſſoꝛ etiã nõ excuſat̃ ꝓpter cõſilium talis:quia
iudex aſſerit ſe peritum.d.l.ij.ꝛ ſibi imputet:quare ſecutus fuit
illud cõſiliũ.l.j.in prin.ꝛ.§.fi.ff.mã.ꝛ hoc tenet Jaco.but.ꝙ cõ-
ſultoꝛ nõ tenetur iudici ſm̃ Ang.in.l.ſi filius.ff.de iudi.ꝛ vide
Bal.in.l.mancipia.de ſer.fugi.ꝛ rub.de pena iudi.ꝛ.J.in verbo
iudex.in.c.iudex req̃ſitus:vt pronunciet cum ſequenti.ꝛ in ver-
bo aſſeſſoꝛ.ꝰ.

a ¶ Vicarij. adde ꝙ iudex qui fuit magiſtri ſententiã ſequit̃ non tenet̃ in ſindicatu ita do. Maria. ſozi. in cõſ. xliiij.icip.in pñti vſi. p.q̃ ibi.nam dicebat i.j.pte.ꝛ ad q̃d teneatur iudex q̃ male iudicauit vide do. Pe.phi.coꝛ. in ꝯſi. cccxv. incip. vt in lra.b. in.iij. parte.

1 ¶ Poteſtas an excuſetur ꝓpter erroꝛem iuris ſi fecit aliquid
contra ius ex conſilio aſſeſſoꝛis?
2 Eligens medicum debet eligere illum cuius fama ſit celebꝛis.

1 An poteſtas † excuſet̃ ꝓpter erroꝛem
iur.ſi aliq̃d fecit ꝯtra ius
ex cõſilio aſſeſſoꝛis:dic ꝙ ſi ptãs cum eligit non
excuſat̃.ar.ff.mã.l.ſi ꝓcuratoꝛ.§.tutoꝛes.ꝛ quia
mala electio eſt in culpa:ſi vero reſpublica illi aſ-
b ſeſſoꝛem ꝯſtituit excuſat̃[b].ar.l.polla.q̃.vt indi.
ꝙ dicit Cy.verũ:niſi ipſe aſſeſſoꝛ quem poteſtas
elegerit fuiſſet approbatus a doctoꝛibus ſtudij ꝛ haberet litte-
ras ſue approbatiõis:ar.l.argentũ ꝛ.l.q̃ nõ tã ydoneũ.ff.cõmo.
qꝛ excuſaret̃ ſi haberet in regno litteras aduocationis ꝛ fuiſſet
examinatus p ꝓthonotariũ vel ei⁹ locũtenentem:ꝛ ſibi cõceſſe
litere aduocationis ꝛ aſſeſſoꝛie ſm̃ regni cõſti.de aduo.qꝛ tunc
cenſetur approbatus ad officia habẽda vt vt in.d.conſti.qđ eſt
etiã verum niſi eligiſſet illũ qui fuerat exercitatus in officijs cũ
ſimilibus in quib⁹ ſe peritum docuit.ar.l.j.C.qui aduerſus q̃s.
2 qꝛ excuſatur a pena.† Et dicit Ang.in aut.de non alie.§.qꝛ.vſi.
leonis qđ ſemper qñ quis hꝫ eligere medicum vel peritũ in arte
hꝫ eligere illum cui⁹ fama celebꝛis ſit:ꝛ ampla ad hoc vt in ſin-
dicatu nõ teneatur de imperitia.Nã eligere min⁹ idoneũ medi-

b ¶ Excuſatur. Uide fely. in.c. ſup qõ.§.verum. in.j.col. i vſ. tene mẽti.de offi. delega.

cū doctorē vel aduocatū culpa eſt, glo. ordi. in. l. item ſi verberatū. §. ſi. ff. de rei ven. Unde ſi elegiſſet aliquē qui fuiſſet reputatus idoneus excuſaret: ꝛ per predicta iura intelligerē: vt poteſtas excuſet a culpa. ꝛ vt non faciat litē ſuā: ꝛ. nō teneat parti ad intereſſe: quia nulla ſibi culpa poſſet imputari: qꝛ error iuris excuſat. a iur. ignorantia vbi ꝗs conſuluit peritiores qui ſibi ſic cōſuluerūt: vt in. l. iuris ignorātia. de iuris ꝛ facti. ꝛ. C. qui admit. l. iuris ignorantia. ꝛ in dāno vitando: ꝛ in. l. reg. eo. ti. cū ſimi. Nam ex quo ipſe eſt imperitus nō preſumitur facere ex dolo: ſed ex culpa. glo. in. l. ij. §. qui magiſtratū. ff. ꝙ quiſꝗ iur. ꝛ a culpa excuſatur qꝛ cōſuluit peritiores: vt dictis iuribus ꝛ ex dolo nō tenetur dicta glo. ꝛ qꝺ Bar. dixit in. l. bonorū. ff. de bo. poſ. vbi vr ſentire ꝙ litterā imperitꝰ excuſatur propter ꝯſiliū: ꝛ hoc etiā tꝫ Inn. in. c. ne inniteris. de cōſt. Et Ang. in. l. j. C. de plagia. Secus in aſſeſſore qui dꝫ eſſe peritus: vt no. in. l. iuris ignorantia. C. qui admitti. Ipſe aūt iperitus vr excuſari ꝑpter cōſiliuꝫ periti doctoris. ar. gl. ꝛ ibi Bar. in. l. ticiu fundꝰ. de con. ꝛ demō. ꝛ facit. ff. cōmō. l. argētum. attamen vbi ipſe poteſtas tractaret de lucro captādo: qꝛ miſit ꝓceſſum ad ꝯſiliū doctoris optimi ꝗ dedit ſibi iniquū: ꝛ fauorabile cōſiliū ꝑ curie ſue cōmodo ꝑpter qꝺ exegit penā cōtra ius nō excuſatur quin teneat ad reſtitutionē pene indebite exacte per not. in. l. ſi pretor. §. marcellus. ff. de iudi. ꝛ in. l. j. C. ſi ex falſis allegationibus. ꝛ per glo. ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. in oibus. vbi glo. ꝙ repetitur ꝑ conditionē ſine cā. ꝛ bal. in. l. ſub ꝑtextu. C. de. iudi. lꝫ illa gl. a multis nō teneatur qꝛ impugnaret ſnīam: nō eñ tenebatur ſequi malum cōſilium per ſupradicta in pn̄. ꝛ hoc tenet Ludo. in. l. hoc edicto. ff. ꝙ quiſꝗ iuris. dicēs ꝙ licet ꝑpter ꝯſiliū excuſetur a pena nō excuſat ꝗn teneat parti intereſſe: qꝛ tractat de lucro captādo per ſupradicta iura. Nā imperitia aſſeſſoris electi a poteſtate eum non excuſat. Et ita fuit obtentū in cā cuiuſdam gubernatoris: vide. ſ. in verbo iudex in. c. iudex aliquid indebite exigens: ꝛ vide. ſ. prox. c. ꝛ in ſequentibus.

1 ¶ Iudex ſi de voluntate partiū miſit ad conſilium ſapientis: et protulit ſententiam ſecundum conſilium illius ſapientis an teneatur in ſindicatu. et nu. 2.

1 An ſi † iudex de volūtate partiū miſit ad conſilium ſapientis: ꝛ ꝑtulit ſentētiā ſm cōſiliū illius teneatur in ſindicatu[a] ſi ille male conſuluit. Bar. ꝙ ſic in. l. ſi cōuenerit. de re iudi. qm̄ nō tenebatur illud ſequi niſi dicāt ꝑtes ꝙ teneat iudicare ſm illud cōſiliū: qꝛ iudex nō tenebit tunc in ſindicatu. ꝛ idem tenet Spe. in ti. de requi. conſili. §. j. ꝟſi. an. et verſ. ſequē. vbi idē tenet Io. and. ibi in addi. Spe. ꝛ idem tenet Io. an. in regula nullꝰ. inꝫ mercu. bar. in. l. j. de exerci. in repe. §. ſi plures. ꝛ Bal. in. l. mācipia. de ſeruis fugi. ꝛ in. l. manifeſtiſſimi. §. hoc. de fur. ꝛ in rubrica de exercito. ꝛ i. l. j. de tuto. illu. pſo. ꝛ in. l. cū talis. §. j. vbi Dy. ꝛ Imo. de ꝯdi. ꝛ demō. cano. in. c. ſi ꝑ debilitate. de offic. dele. lꝫ Guil. de ſuza. in. l. humanum. de legi. dixerit ꝙ ſi partibus ꝯſentientibus iudex eligat cōſultorem ꝙ

a ¶ In ſindicatu, adde Fely. in. d. c. ſi ꝑ debilitatē. in pn̄. iij. col. de offi. dele. ꝛ quod ibi.

tenetur illud ſequi niſi ſit cōtra legem.tñ opi.Bart.eſt vera.pro quo facit.c.cū
2 olim.de arbi.vbi dicit Ant.de but.† q̄ iudex nō tenet̄ ſequi malum ↄſilium ſa=
pientis:etiā ſi ſtatutum diſponat vel partes q̄ ſi quis teneat̄ niſi eſſet ex toto
ignarus vel glo.in.c.venerabili.de offi.deleg.et.l.pluribus.de preto.ſtipu.q̄
Jmo.in.d.c.olim.dixit eſſe verū vbi viri imperiti deputarent̄ iudices:q2 tūc de=
berēt ſequi ↄſiliū peritorū:tñ vbi ſtatutū diceret q̄ iudex teneatur ſeq̄ cōſiliū
ſapientis nō tenebitur ſequi vbi eſſet iniquum.ar.l.titiū.de admi.tu.⁊ bart.in
d.§.ſi plures.cuiꝰ dicta ibi videntur habere locū in extraiudicialibus non in iu
dicijs in quibꝰ leſus hȝ remediū appellādi ſm̄ Bar.in.d.l.ſi cōuenerit.vbi Mo=
der.⁊ inquantū Bar.dixit q̄ iniquū cōſiliū non excuſat iudicē.tñ Jmo.dixit q̄
ex quo partes perſonā ↄſultoris approbauerunt:vt peritum q̄ dȝ ipſis imputa
ri.⁊ iudex excuſari:q2 iuſta cā cōſueuit quē excuſare.l.q̄ ſolidū.§.etiā.de leg.ij.
quod ſequit̄ Pau.i.d.l.ſi ↄuenerit.⁊ Bal.in.§.proficiſci.vbi dicit qñ partes ele
gerūt cōſultorem imperitū.⁊ idem Bal.in.d.l.mācipia.q̄ ſunt quotidiana in re=
gno.vbi deputantur capitanei:⁊ iuſtitiarij aliqñ doctores legū qui nō teneren=
tur ſequi cōſiliū iniquū:tñ ſi eſſent imperiti ⁊ eligerent aſſeſſorem imperitū te=
nerent̄:vt.ſ.eſt viſum.tñ vbi eligeret conſilium doctoris approbati excuſarent̄:
vide.ſ.in.c.an poteſtas excuſetur.⁊ vide bald.in.§.qui prouocauit.⁊ Ludo.de
ro.in Rubrica de arbi.⁊ vide.j.

1 ☞ Judex ſi protulit ſententiam ſine cōſilio aſſeſſoris:propter quod pars ad=
uerſa dicit ſententiam eſſe nullam:et ille in cuius fauorem fuit prolata petit in
ſindicatu ab ipſo iudice expenſas et intereſſe quia nulliter pronuntiauit:queri=
tur an teneatur.
2 Sententia arbitri non valet qui dicit aliter q̄ʒ ſibi fuerit cōmiſſum.
3 Sententia bona pronunciata ſine conſilio ſapientis an teneat̄ ſi iudex tenebat̄
pronunciare cū cōſilio ſapientis.et nu.5.Et quid in notorio? nu.4.
6 Jmperitus literarum an poſſit eſſe iudex?

Dicitur in litteris iuſtitiariorū ⁊ capitaneorū: qui in
regno ordinantur per reges.ſentē
tias autē ⁊ decreta ꝓferas cū cōſilio aſſeſſoris:vbi per noſtrā curiaȝ
1 ordinādi modo reſultat dubiū † ſi iuſtitiarius ꝓtulit ſniam ſine cō=
ſilio aſſeſſoris ꝑpter qd̄ pars aduerſa dicit ipſam ſniam eſſe nullam
et is in cuius fauorem eſt prolata petit in ſindicatu ab ipſo iuſtitiaro dāna ex=
penſas ⁊ intereſſe:quia nulliter pronunciauit queritur an teneatur.Et primo
oportet ſcire an ſnia tenuerit.Uidi q̄ſtionē Oldradi.que incipit.Antiquū ſta=
2 tutū eſt.vbi ↄcludit ſniam non valere.ar.ff.de arbi.l.ij.vbi non valet ſententia
arbitri qui aliter dicit q̄ʒ ſibi fuerit cōmiſſum.⁊ co.titu.l.pedius.in fi.Et quia
qui modum nō ſeruat aliter dicit.ar.ff.ne quid in flumine pub.l.j.§.quid autem.
⁊ facit glo.⁊ tex.ff.de acq̄.her.l.ſi q̄s mihi bona.§.pater filio.⁊ in.l.euȝ qui duo
bus.vbi ſi q̄d cū cōſilio fieri teneatur:⁊ fiat conſilio nō requiſito non valet:vt in
auť.de non alie.§.quod aūt ⁊.§.ſi vero.⁊.C.de ven.rei.l.fi.li.xj.Et tenet Jnn.de
offi.dele.ſi ꝑ debilitate:⁊ in.c.de cauſis.⁊ hoc etiā tenuit bal.per illam glo.in
d.l.ſi quis mihi bona.in verſi.q̄ ſi q̄.allegat Old.i.d.diſputatiōe quod limitat̄
niſi lis illa decideretur ver.caſum legis quoniā.tūc nūc non requiritur cōſiliuȝ
ſapiētis ſm̄ Bar.i.l.ille aut ille.§.cū in ꝟbis.de le.iij.⁊ Bar.i.l.i ciuile.C.de fur.
⁊ in.l.j.C.de reli.⁊ Bal.in.l.ij.ff.de le.ij.qd̄ etiā limitat̄ nō habere locū in inter=
lecutoria.q2 nō corruit rōne ↄſilij nō adhibiti vt ſingulariter voluit Bal.in.l.j.
C.nemini licere.tertio prouo.ar.l.j.§.qd̄ in ſen.quando apellādum ſit quod eſt
verū vbi ex forma cōmiſſionis vel ſtatuti requirit̄ cōſiliū:q2 ſecus ſi iudex ex ſe
cōſiliū req̄ret de quo vide p Bart.in.l.j.§.queſitū.⁊.l.q̄ principi.⁊.l.ex cōſenſu.

de appel.ꝛ Bal.i.l.ex illo.C.de appel.ꝛ dixit bar.ſingulariter in.l.j.de ſentē.aduer.fiſcū latis.li.x.ꝛ in.l.cū ſniam.C.de ſent.
3 † ꝙ vbi iudex tenet̄ ꝓnūciare cū cōſilio ſapiētis ſi ꝓnūciat ſine cōſilio bonā ſniam ꝙ valebit.Nā etiā iperit⁹ lr̄arū pōt eſſe iu=
a dex[a] vt not.Ja.but.in auẗ.cā q̄.de epi.ꝛ cle.ꝛ bal.in.l.j.vt q̄ de=
4 ſunt dixit † ꝙ i notorio nō req̄ritur cōſilium q̄ etiam dixit in.d.j.de legi.ꝙ vbi eſſet caſus indubitat⁹ vel vbi p calūniā peteretur ꝯſiliū nō eſt req̄rendū.ꝛ Bar.in.d.§.pꝰ.ꝛ in.l.idēq̄.ꝛ Bal.in l.j.C.de rela.dixit ꝙ ſi iuris articulus eſt certus nō dꝫ cā cōmitti cōſilio ſapiētis.ꝛ per doc.moder.in.l.ſi ſic ſtipulatus.ꝛ in.l.ſi mihi ꝛ titio.§.j.de ꝟbo.oblig.ꝛ vide p Bal.in.l.de offi.aſſeſ.ꝛ Bar.in.d.l.j.§.ſi plures.de exerci.vbi lōga diſtinctio q̄ puto verā in iudice non in poteſtate iurium ignaro per dicta.s.ꝛ vide Paulum in conſilio.lxxxv.et Angel.in conſilio.clxxxvj.incipiēte.Sꝫ nūc videndū:et in cōſilio.ccxlij.icipiēte Uiſis ſupradictis.Et p iſta poteris ibi in ſindicatu ꝯſulere.et vide in ꝟbo iudex capi.iudex dꝫ iudicare.¶ An iudex excuſet̄ propter ſapientis ꝯſilium electi a ptib⁹.Dic ꝙ nō ſi ꝯſilium nō eſt ſanū nec iuridicum niſi p partes ſit actum vel p ſtatutū qḋ conſiliū ſit ſequēdum.vt in.l.ſi ꝯuenerit.de re iudi.p Bar.tñ qḋ excuſat̄ ꝛ imputent ſibi eligentes.eſt ar.in.l.itē ſi vni⁹.§.principalr̄.de arbi.tñ ſi iudex proprio motu elegiſſet nō excuſatur ſm Inno.de offic.deleg.c.ſuper qō.et qḋ no.eo.ti.ſi pro debilitate p Inno.ꝛ Jo.an.Bal.in.§.ꝓficiſci.et.s.latius.¶ An ſi de voluntate partiū iudex miſerit ad ꝯſilium ſapiētis:ꝛ deinde tulit ſniam ſm illud cōſilium pte contradicente teneat̄ in ſindicatu ſi male iudicauit.Dic ꝙ ſic:qꝛ illud ſequi nō tenebat̄.l.titium.de admini.tuto.et l.quidam decedens.§.pe.et Bar.in.l.ſi conuenerit.de re iudi.ꝛ Bal.in.l.mancipia.de ſer.fugit.niſi ex forma ſtatuti tenerentur ſtare conſilio ideo ꝯſulitur ꝙ iudex faciat poni in actis ꝙ partes ex nunc ꝯſentiunt ꝛ ꝓmittūt ſtare illi ꝯſilio ſm Bar.ibi ꝙ eſt vex ſi iudex eſt iperit⁹ nō dꝫ tunc ſequi ꝯſilium ſapientis.vt no.
5 Jo.an.in.c.ſtatutū.de reſt.in.vj.i nouella †.ſi tñ iudex q̄ tenebatur ꝓnunciare cum ꝯſilio ſapiētis bonā ſniam tulerit ſine eius conſilio valet ſnīa:vt no.Bar.in.l.i.C.de ſentē.aduerſus fiſcū.
6 et in.l.cum ſniam.C.de ſent.† Nam et iudex poteſt eſſe imperitus:vt not.Jaco.but.in auẗ.cauſa.de epiſ.et cleri.vide.s.in hoc verbo.in.c.an ſi iudex.de voluntate partium.

1 ☞ Poteſtas qui tulit ſniam iniquā de ꝯſilio iudicū curie:an teneatur ad penā ipſe ꝛ iudices eius.ꝛ nu.2.
3 Statutū ſi artat iudicē ſequi cōſiliū ſapiētis intelligit̄ niſi tale cōſiliū cōtineat manifeſtū iuris errorē:vel iniquitatem.

1 **P**oteſtas † qui tulit ſniam iniquam de conſilio iudicū curie tenet̄ ad penā ipſe ꝛ ſui iudices.in auẗ.vt nulli iudi.§.qm̄.ver.ideo dicit ibi.Ang.ꝙ cauti ſint aſſeſſores ꝙ nūq̄ i actis faciant ſcribi ꝙ ſnīa ferat̄ de eoꝝ ꝯſilio vel deliberatiōe alias poſſent cōueniri tpe ſindicatus ſi ſnīa iniq̄ fuerit:ꝛ puniunt̄ ea pena qua poteſtates.ſm Ang.in.d.§.quoniam.Et adde ꝙ excuſatur ptās rōne cōſilij ſibi dati p iudicē maleficioꝝ ſibi datū a

b ¶ Iudex. Uide fely.in c.ſciſcitatus v.col.ꝟ.literatus.de reſcrip.vbi q̄d de aſſeſſore ꝛ etiā quid de aduocato.

ſuperiore.ẜ Bal.in rub.de pena iudi.⁊ Saly.in fi.eo.ti. ꝑ not.
2 in.l.polla.de his q̄.vt indignis.⁊ dixit ibi Saly.† ꝙ ſi ptās ele
giſſet ꝑ cōſilio habēdo aliquē doctorē approbatum in ſtudijs
generalibꝰ ꝙ excuſaretᷣ.ar.l.argentū.⁊.l.q̄ tā idoneū.ff.cōmo.
vel ſi fuerat exercitatꝰ in officijs in q̄bus peritū doceret .arg.l.
j.cū ibi no.q̄ ⁊ aduerſus quos.⁊ no.glo.ij.q.vj.c.hoc ēt.⁊ Jmo.
in.l.iiij.§.l eū..de dā.infec.ita limitās not.i.l.ij.ꝙ q̄ſcꝫ iuris .et
vide in ṽbo aſſeſſor.¶An iudex qui iudicauit nō req̄ſito ꝯſilio
ſapientis:qꝛ pars fuit cōtumax in eligēdo ꝯſultorē teneaᷣ:vide
Ang.in cōſi.clxxxiij.incipiēte viſis igiᷣ p̄dictis. ⁊ in cō.ccxiij.⁊
vide eūdē in cōſil.clxxxvj.incipiēte.ſed nūc videndum.⁊ in cōſi.
ccxiij.incipiēte.viſis ſupradictis.queriᷣ ibi an teneaᷣ cōſilium
exquirere ⁊ ſequi.¶An ſi ex forma ſtatuti iudex dꝫ iudicare ſcḋm
conſiliū ſapientis:⁊ ꝯueniāt duo obligati inſolidū:⁊ vnꝰ eligat
ſapientē:alter nō an valeat ſnīa . Dic ꝙ nō qꝛ ille qui nō eligit
poterat habere alias defenſiones:⁊ poterat eſſe ꝙ ad vnum tm̄
pecunia ꝯueniſſet ꝑ no.ꝑ Bar.in.l.iij.§.fi.de duo.re.in.vj.q..ſcḋm
Pau.in cōſilio.cccxvij.¶An ſi cā ſit cōmiſſa ꝯſilio iudicis pote=
ſtatis q̄ reddidit cōſiliū an finito illo officio valebit ſnīa ꝑlata
ſcḋm illud cōſiliū.Dic ꝙ ſic qꝛ inſpiciᷣ tp̄s cōmiſſiōis ⁊ nō finis.c.
ſtatutū.vbi gloſ.de reſti.i.l.vj.vbi ſufficit tpe dati reſcripti illuꝫ
fuiſſe canonico lꝫ deſierit.⁊.l.in delictis.§.ſi extraneꝰ ⁊ de noxa.
l.militis.de inoffi. te.⁊ videᷣ text.in.l.ſi cognatis.de re.du.⁊ de
ali.le.l.itē mella.in prin.de man.teſt.l.ticia.de vul.⁊ pupil. l.l.
ſubſtitutiōe.de aqua plu.arc.l.ꝙꝗ.⁊ Bar. plene l.l.ex facto.de
3 vul.⁊ pup.¶†Si ſtatutū artatᵃ iudicē ſequi cōſiliū ſapiētis in=
telligitur niſi tale conſilium contineat manifeſtum iur. erroreꝫ
vel iniquitateꝫ:quia ſemper intelligitur in tali ſtatuto excepta
manifeſta iniquitas licet generaliter loquatur.arg.l.vn̄ ſi ner=
ue.ff.pro ſocio.⁊.l.creatur §.lucius.ff.mandati. tamen ſi pro=
pter conſilium iudex pronunciat excuſatur a pena ratione cau=
ſe licet iniuſte.arg.l.igitur.de libe.cauſa.⁊ in.l.j.in fi.glo.ma=
gne.ff.ſi quis ius dicen.⁊.l.pe.de ambi.ſecunduꝫ Pau.in conſi.
xvj.Et ideo ſi conſilium eſſet iuſtum tenetur ſequi alias obliga
tur parti ad intereſſe:ſi tamen ſit malum:⁊ illud ſequatur excu
ſabitur ne decipiamur.auᷣ.legis.ff.commo.l.in commodato.§.
ſicut.in fi.⁊.l.j. de his qui veni.eta. ⁊ in cle.j. de rerum permu.
dummodo ꝙ inerit petitum ſecundum formam ſtatuti ⁊ in tem
pore Pau.in conſi.lxxxv.vbi etiam dixit ꝙ ſi partes conuenirēt
ꝙ iudex requirat conſilium ſapientis non tenetur illud ſequi ſi
eſt malum:⁊ ſi conueniunt ꝙ pronunciet ſecundum conſiliuꝫ ſa
pientis excuſatur a mala ſententia. per not.in.l. ſi conuenerit.
de re iud.vbi Bar.niſi eſſet euidenter iniquum ſecundum Bart.
in.l.j.§.ſi plures.de inſti.quia de iniquo conſilio non videntur
partes ſenſiſſe vbi latius.

a ¶Si ſtatutū.Uide Fe=lo.in ca.ſi ꝑ debilitate de offi.ḋ le.l.iij.col.ṽ.vtrum aūt.⁊.d.Al.ḋ imo.l.l.maiorē.ff.ḋ pa.⁊ in conſi.li.iiij.parte.

l.j.§.ſi ſeruū s.de qō.niſi in caſibus.l.pe.C.eo.ꝙ eſt verum quā do dñs de maleficio diffamatur quo caſu nō torquetur niſi pre cedant indicia:et in caſibus ſpecialibus.l.j.§.cornelio.eo.ti.vbi vero qō eſt ciuilis:tūc ſi eſt qō dñi inter duos principaliter liti= gantes nō pōt ſeruus torqueri niſi cum veritas aliter haberi nō pōt.de qōni.l.quotiens.de rei ven.l.cum ſuper.ⁿ ēt vbi repetē= ti ſeruū fugitiuū cum pena queſtio dñi opponitur per torturaꝫ ſerui ilico reperta veritate diminutur.l.cum ſeruum quiſpiaꝫ. C.de ſer.fugi.et.l.quicunqꝫ.eo.tit.precedentibus indicijs.ſcđm glo.in.d.l.quicūqꝫ.vt qꝛ cōſtabat de fuga quicqd dixerit glo.in l.interrogari.de qō.Ubi autē agit̄ cauſa liberalis inter dñm et ſeruum:ſiue ipſe ꝓuocetur in ſeruitutē:ſiue proclamet in liber tatem non dꝫ ſeruus torqueri etiā ſi ſit malafide in quaſi poſſeſ ſione libertatis ſic intelligitur lex prima vbi cauſa ſtatus.et.l. eam.de lib.cau.¶Si vero eſt queſtio ingenuitatis: tunc exami nanda eſt queſtio per tormenta ne forte ſordida ſtipes in locuꝫ ſplendidū ſordide ſubrogeť.l.ſupra ſtatum.de queſti.ſm Ang. et Bal.in.d.l.cum ſeruum.In delictis aūt et in alijs caſibꝰ vide S.in.l.j.§.Item cornelio.de queſti.et in.§.ſi ſeruus.et in alijs.in ribus.in.d.titu.C.et.ff.ⁿ vide in.l.ſi poſtulauerit.ff.de adul.vbi de tortura ſerui.

1 ¶An in cauſa pecuniaria et ciuili deueniatur ad torturam.
2 Mercatores ceſſantes et fugitiui poſſunt torqueri: vt indicent pecunias ipſis datas ad mercandum.
3 Judex non pōt imponere noua genera penarum.
4 Officiales non poſſunt facere ſtatuta contra ius cōmune.

1 An in cauſa pecuniaria † et ciuili deueniať ad torturā.Bart.in.l.diuus.de qō.dixit ꝙ ī ſubſidium in cā pecuniaria deuenitur ad torturaꝫ ſeruorum dicens ꝙ in cā pecuniaria torquētur tm̄ ſerui non liberi neqꝫ ſtatuliberi: ⁿ non ita de facili peruenitur ad torturā in pecuniaria cauſa ſicut in criminali:et hoc qñ veritas alias haberi nō pōt vt dicit ibi tex. no.Que limita niſi cā pecuniaria ⁿ ciuilis hēat crimē annexūᵃ quia tūc deuenitur ad torturam.vt in.c.j.de depoſi. vbi vir ille belial negauit depoſitum:ⁿ ſic furtum cōmiſit.et facit.l.ex libe ro.eo.ti.ⁿ vide in.l.ſi poſtulauerit.ff.de adul.Si tamen agatur de falſo ciuiliter:et ſint indicia locus erit torture.Bal.in.l.ſicut falſi.C.de falſis.et glo.xvj.qō.iiij.c.preſbyter.Et in cauſa pecu niaria venitur ad torturam.de ſeruis tm̄.d.l.diuus.Et etiaꝫ in cauſa ciuili vbi aliaſ veritas haberi non pōt venitur ad tortu= ram.l.fina.de queſtio.et in.d.l.ex libero.Et etiā puto ꝙ in cau= ſa ciuili ardua ſi teſtis vacillat contrariatur in teſtimonio ſuo ꝙ poterit torqueri:vt diximus.S.in.c.teſtis.in teſtimonio. Tñ principalis in ciuili cauſa nō torquetur niſi habeat delictū ad= mixtum:vt in caſu.d.c.j.de depoſito.per quod alias dixi † quod
2 mercatores falliti ceſſantes et fugitiui poterunt torqueri vt in dicent pecunias ipſis datas ad mercandum quas nunc denegāt habere et dicunt illas perdidiſſe:tamen de iure capitulorūꝫ re

a ¶Annexū Adde.d.ale xan.de imol. in.l.diuus.ſ princip.ff.de qōni.et doc. in.d.c.j.

gni huius tormenta adhibentur in cauſis criminalibus iuxta prouiſionem iu
ris communis penam vltra relegationem infringentibus. vt in. c. regni tormen
ta. ⁊ in ſequenti. c. qđ incipit ſi iuſte. Quod in hoc modificat ius cõmune: vt non
in omni cauſa criminali ſit locus torture quare non erit locus torture in inſul
tu facto cum armis: nec in violentia priuata: nec vbi veniret imponẽda pena pu
blicationis bonorum: nec in percuſſionibus factis ſine armis: ⁊ in ſimilib᷒. Sꝫ
in furtis. ſic quãuis minimis in quibus imponitur pena ſanguinis: vt in iurib᷒
vulgaribus volo ꝙ cogites in vno tu qui ſtudes in alphabetis: ⁊ non in funda
mentis iurium ſi officialis fecerit bãnum in ciuitate ꝙ quicunqꝫ portauerit ar
ma: vel iuerit de nocte debeat torqueri. An hoc caſu deprehenſus cum armis
ſit torquendus: videtur ꝙ ſic per. l. j. §. et. iij. C. com. vel epiſtol. et. l. j. ff. ſi qs ius
dicen. non obtem. tamen puto contrarium eſſe verum: qꝛ officiales regni iurant
obſeruare iura: ꝯſtitutiones et capitula regni. ergo non poterunt alterare pe
nas iuris ⁊ conſtitutionem regni inferendas armorum delatoribus: vt in titul.
de pace tenen. et in conſtitutione regni. de illicita portatione armorum. et ideo
non poſſunt imponere noua genera penarum imponendo grauiorem ꝙ debe
ret: qꝛ punitur. l. iubemus. C. ad. l. iul. repet. in. l. prorumpere. ff. eo. quare dixit
3 Baldus in. l. incredibile. C. de penis. † ꝙ iudex non poteſt imponere noua gene
ra penarum: vt quod quis paliſtetur: quia iudex non debet recedere a penis: a
iure et conſuetudine inductis. per. l. moris. §. iſte fere. ⁊. l. capitalium. §. moris.
de penis. Et ſi officiales haberent arbitrium conceſſum in illis quatuor literis
arbitrarijs tale arbitrium non extenditur vltra arbitria in eis conceſſa. argu. l.
non que vis. §. non dixit. de contrata. et. l. j. §. ne autem. de caducis tollen. et. l. j.
4 ff. ſi menſor. fal. mo. dixe. cum ſimil. † ¶ Et quia tales officiales non poſſunt face
re ſtatuta contra ius commune. per not. in. l. cunctos populos. et in. l. omnes po
puli. de iuſt. et iur. et in ſimilibus niſi ex magna et vrgenti cauſa ratione frequẽ
tie vel publice vtilitatis. vt. ſ. diximus in verbo iudex in. c. licitum eſt iudici. et
per ea que habentur in. l. et ſi ſeuerior. de infami. et in. l. quid ego. §. pena gra
uior. eo. tit. Uel niſi eſſet bannum principis in quo omnis pena eſt arbitraria
ſm Bald. in. l. cunctos populos. Indicium ad torturam oritur ex his que vrge
re debent animum iudicis ad credendum maleficiuꝫ ea credulitate que moueat
iudicem: et ex indubitatis indicijs condemnet reum: et ex dubitatis torqueat ſe
cundũ Joan. an. in Spec. in titu. de proba. §. j. videndum reſtat. et in titu. de no
to. crimine ſuper. §. vt autem. vbi ponit qđ palliditas exeuntis de camera cũ gla
dio ſanguinolenta vbi inuenitur homo mortuus. de quo in. l. ſciant. de proba. ⁊
trepidatio eſt vnum indicium. ar. de queſtio. l. de minore. §. pe. delatio gladij eſt
aliud indicium ꝙ lex preſumit ad malum. C. vt armo. vſus. l. vna. libro. xj. et au
tenti. de armis. ſanguinolentia gladij eſt aliud indicium ex quo capitur conie
ctura. arg. l. vtrum. de dona. inter virum. Ubi ponit de inimicitia vel ſi tempore
occiſionis erat in loco vel receptatio occidentis qui erat famulus et domeſtic᷒
eius: vel ſi extat fama quod ſe iactuauerat qđ illum faceret occidi: ⁊ erat homo
ad id potens. Et quod inter eos offenſe preceſſerit ſecundum Joannem andre.
ibi latius tamen ſupra verſicu. quando ſtatutum.

1 ☞ Confeſſio nouiter facta facit ſemiplenam probationem.
2 Confeſſio erronea etiam ſepius repetita poteſt reuocari.
3 Teſtis examinatus ac tortus ſi vnum dixerit: et deinde repetitus dixerit aliud:
debet tertio examinari per torturam.
4 Tortus qui non eſt confeſſus delictum debet liberari.

Viſo de repetitione torti ſemper in negatione perſeuerante: et an poſſit ipſius repeti tortura. Sequitur modo videre de repitione torti qui confeſſus eſt delictum: vel circunſtantias delicti: de quo inquiritur contra ipſum. & deinde poſt torturã negat que confeſſus eſt: et non perſeuerat in confeſſione. An ipſ⁹ poſſit repeti tortura ſine nouis indiciis. Dic q̄ ſic. ſm Barto. in. l. vnius. in verſi. quero. de queſtio. et Bal. in. l. in bonefidei. C. de iureiur. qui dicit
1 q̇ † confeſſio noniter facta facit ſemiplenam probationem. et in ea cogitur perſiſtere cum nouis tormẽtis. ſm Bal. ibi in vſi. q̄ritur. et vide eũdem Bal. in. l. fi. C. de proba. et Cy. in. l. fi. C. de q̄ō. Tñ Bart. in tractatu de q̄ſtio. circa pri. arguit q̄ ſemiplene pbet p. l. ij. de exhi. re. et per. l. ij. §. dinus. de queſti. Tñ dixit q̄ niſi perſeuerata fuerit talis confeſſio plenam nec ſemiplenã probationem inducet: q̄m non confiteri: & confiteri formidine tormentorum ſunt paria. per. l. ij. C. quo. ap. q̇ dicit verius: tñ puto q̇ hoc poſſet eſſe verum quo ad vim probatiõis ad effectũ cõdemnationis non tñ ad effectũ torture inferende: q2 p ipſam cõfeſſionẽ inducit varietas: q2 ſi a principio negauerit delictũ: & apparentib⁹ cõtra ipſum indiciis torqueat & confiteat ſi deinde dicat nõ cõmiſiſſe delictũ q̇ cõfeſſus eſt in tormẽtis cõmiſiſſe ꝑpter iſtã varietatẽ poterit torqueri per no. per Bal. in. l. preſbyteri. de epiſ. & cle. vbi dicit q̄ principalis q̄ vacillat torquetur per. c. cũ in poſitionibus. de iureiurã. in. vj. alle. tex. cũ glo. in. l. nullã. C. de infa. & plene examinaui. S. in. c. incipiẽte viſo. de indiciis indubitatis. Que ſunt vera niſi ipſe daret petitionem dicẽdo ſe erraſſe cauſam aliquã allegãdo vel dictam cõfeſſionẽ fuiſſe erroneam: q2 probando errorem cõfeſſionis nõ poſſit torqueri iterũ p no. in. l. j. de confeſſis. & in. l. error. de iur. & fac. igno. & ff. de q̄ōni. l. j. §. ſi quis. Uel ſi appellaret a tortura illicita: & eius cõfeſſioni nõ ſtaret p. l. ſi cui. de q̄ō. Bal. in. l. milite. de queſtio. & cano. in. c. grauis. de depoſi. Et cũ alias quidã nobilis inculpatus fuiſſet de furto magne quãtitatis precioſorũ lapidũ per larũ & iocalium & eſſent nõnulla indicia cõtra ipſum fuit tortus & cõfeſſus fuiſſet in tortura dictũ furtũ feciſſe: & poſt torturã negaſſet dicendo q̄ ꝑpter tormẽta confeſſus fuerat. & minime tale furtũ cõmiſiſſe. deinde iterũ expoſit⁹ q̄ōnibus & tormẽtis cõfeſſus fuerat furtũ feciſſe: & poſt torturam dixiſſet minime verum dixiſſe: ſed tormentorum preſſura confeſſionem feciſſe & iterũq; retortus ſimiliter cõfeſſus fuerat: et deinde negabat & nõ pſeuerabat in cõfeſſiõe: iterũq; retort⁹ iterũ cõfeſſus fuerat & poſtea negabat in infinitũ procedendo: fuiſſetq; regia maieſtas conſulata: q̄d agendũ foret ego fui deſtinatus cõmiſſarius ad explorandũ veritatez: et prouidendum & cũ ibi fuiſſem vidi proceſſum & dictas confeſſiones examinaui dictũ nobilẽ. & nulla alia noua varietate reperta. Dixi ſibi ex parte regie maieſtatis litteras fingẽdo q̄ regis maieſtas ſibi indulgebat penã furti & omnem aliã penam: dummodo reſtitueret furtum & hoc ſcribi feci in actis qui medio iuramento negauit tale furtuz feciſſe: deinde ipſum ligari feci ad chordã q̄ ante torturã dixit. ſi me torquebitis confitebor iterũ cõmiſiſſe hoc furtũ: tñ hoc faciam propter torturã ſi milies me torquebis & verum nõ erit & a tortura deſtiti. Deinde ſibi perſuaſi q̄ daret mihi tertiã partẽ dictorũ iocaliũ ſecrete: & ego ipſum liberarem & recederet: ſimiliter negauit dicendo q̄ nõ cõmiſerat tale furtũ in negatione perſeuerando: & non in cõfeſſione ꝑpter q̇ q2 dicte confeſſiones fuerant extorte per torturam: & nõ perſeuerate: ſed perſeuerauit ſemper in negatione firmaui motũ animi mei q̄ non erat culpabilis propter q̇ ipſum liberari feci fideiuſſoria cautiõe: q2 potuiſſent apparere aliqua noua indicia cõtra ipſuz vel
2 potuiſſet repiri fur q2 vere tale furtũ cõmiſiſſet. † Nã cõfeſſio erronea et ſepi⁹ repetita põt reuocari. l. j. de erro. calcu. vbi Bal. dicit q̄ etiam ſi non ſit reiterata

poteſt infringi probato contrario.l.cum falſa.de iur.ꝛ fac.igno.Et dixit Bal.in d.l.j.de confeſſis.ꝙ confeſſioni facte in tormētis legitime illatis ſtatur ſi perſeuerat in ea niſi indicia per q̄ fuit tort⁹ fuiſſent leuia que non faciant preſumptionem:quia non ſtatur illi confeſſioni niſi perſeueret in ea.per glo.d.l.j.et l.j.§.diu⁹.de queſtio.qui videtur perſeuerare eoipſo ꝙ non reuocat:quia iſte non eſt iuſtus metus eo ꝙ iudicis auctoritas operatur ꝙ factum per talem metum valet propter executionem iuſtitie.l.iij.ꝙ me.cau.Uel ſi appellet non intelligitur perſeuerare:ſed tacite reuocare:vt not.de appel.l.creator.§.iuſſus.ſm Bald.ibi qui plus dixit ꝙ ſi prima confeſſio eſſet in iudicio ratificata.ꝛ poſſet probari ꝙ iſta noua confeſſio ratificata repetitis tormentis emanaſſet eſſet ſicut prima vulnerata a maiori vulnere:quia ſemel tortus competenter iteruꝫ non debet torqueri niſi noua indicia ſuperueniſſent.per.l.repeti.de qō.ꝛ cōfeſſioni eius confitetur falſum non dabet ſtari:quia eſſet contra naturam veri.de queſtio.l.j.§.ſi quis vltro.de appel.l.non tantū.ſm Bal.in.d.l.j.de confeſſis.ꝛ vt.ſ.diximus in alio.c.confeſſio rei facta in tormentis non habetur pro explorato facinore.l.j.§.queſtio.de queſtio.niſi perſeuerata que perſeueratio debet fieri ad locum publicum ꝛc.ff.eo.l.diuus.ꝛ.l.maritus.qua deficiente quicquid ſequitur non valet ipſo iure.ſm Barto.in tractatu.de queſtio.ꝛ Ange.in l.ij.de cuſto,reo.ꝛ in.l.j.§.ſi quis vltro.de queſtio.Merito ergo cum omnes dicte confeſſiones fuerint eodem vulnere vulnerare ꝛ non perſeuerate debuit liberari.ſm Bar.in.l.fi.ff.eo.ꝛ Cy.in.l.fi.C.eo.non enim debuit vltra tertiā vicem torqueri.per no.p Ang.in.l.fi.C.de queſtio.vbi dixit ꝙ † ſi teſtis examinatus ꝛ varius ac tortus vnum dixerit:ꝛ deinde repetitus dixerit aliud debet tertio examinari per tortutam:qꝛ non ſtabitur primo dicto nec ſecundo ſed tertio debet repeti:ꝛ ſtabitur illi dicto in quo ꝑſeuerabit tanq̄ vero.per glo.d.l.fi.in verſi.alij.Principalis enim examinatur per torturam:vt teſtis ꝛ pariſicant.l.pe.vbi Bar.de queſtio.ꝛ dixit Pau.de caſt.in ꝯſilio.cxcv.ꝙ torquens vltra tres vices diuerſis temporibus immoderate ꝓcederet.argu.l.fideicommiſſa.§.ſi q̄s.de lega.iij.ꝛ iſte ſemper pariformiter confeſſus fuit delictum commiſiſſe:deinde pluries tortus non perſeuerauit in confeſſione:ſed in negatione dicendo ꝙ metu tormentorum dixerat:ꝛ ſic de ipſis antecedentibus confeſſionib⁹ nō perſeueratis:immo negatis nulla debuit haberi conſideratio per iura.ſ.allega.preſertim:quia poſt primam ꝛ ſecundam confeſſionem factam in tormentis et reuocatam ꝛ non perſeueratam non debuit amplius torqueri:quia ſemel ſufficienter tort⁹ nō debet vlteri⁹ torqueri ſine nouis vrgentioribus indicijs:vt habetur in.l.vnius.de queſtio.ꝛ.ſ.plene viſum eſt.Et non poteſt dici hic ſuperueniſſe noua indicia.ſ.ipſam confeſſionem:quia tortus confeſſus eſt ꝛ deinde ꝓpter illam confeſſionem poſitus ad torturam:ꝛ deinde propter ſecundam confeſſionem iterum tortus.Quia ſecunda indicia per que quis repetitur torture debent eſſe diuerſi generis a primis.arg.no.in.l.per hanc.de tempo.ap.ꝛ tenet Bart.in.l.vnius.in prin.de queſtio.ꝛ in tractatu de queſtionibus.vbi dicit ſm Odoſ.ꝙ erunt noua indicia:ſi tortus dicat neminem ibi iacuiſſe vbi fuit maleficium commiſſum:ꝛ deinde contrarium fuit probatum per teſtes:ꝛ ſic iſta confeſſio in tortura pluries facta vno modo:ꝛ non perſeuerata nō poteſt dici nouū indicium genus ad torturam:ſed illud idem qꝛ dicit Bar.in.d.l.vnius.in prin.ꝙ debent eſſent indicia de nouo euidentiora primis.ꝛ iſta eſt illa eadem confeſſio pluries facta:ꝛ per torturam.ꝛ non eſt euidentius indicium primo:ſed illud idem.Et propterea potuit ſequi liberatio ne in infinitum torqueretur:et quia fuit cōpetēter tortus. Quibus ſubijcio aliud exemplum in cauſa mihi cōmiſſa:alias ſuccedēs.Quidam albanēſis fuit accuſatus de furto pānorum ex tirato=

riſs regijs facto ⁊ apparētibus indicijs contra ipſum fuit poſitus ad chordam:⁊ confeſſus furtum:⁊ cum interrogatus foret vbi poſuerat tale furtum dixit ꝙ in domo propria in ſcrineo. miſimus ad domum ⁊ non eſt ibi inuentum furtum:⁊ pro tali mandacio ⁊ variatione fuerūt date due tracte chorde:vt verum diceret et dixit ꝙ re vera poſuerat extra ciuitatem in quadam grita: miſimus ad gritam:⁊ non fuit ibi repertum ꝑpter quod repetita tortura:iterum dixit ꝙ forte fuit inde ſubtractum furtum deinde iterum variat in corda ꝙ vendiderat cuidā quem non cognoſcebat ⁊ pecuniam expenderat:deinde repetitus ad chordā. vt manifeſtaret emptorem dixit pignoraſſe cuidam iudeo:⁊ iudeus affrontatꝰ dixit quod nō erat verum nec inuenta eſt partita in eius libro.deinde dixit qđ confeſſus fuerat propter impreſſionem torture.fuitqꝫ propterea dubitatum an poſſet puniri ⁊ dixi ꝙ erat liberandus:quia videbatur talis confeſſio facta per torturam:⁊ impreſſionem torture:⁊ delictum confeſſatum non erat verificatum prout requiritur:vt alias diximus.ꝫ. per tex.in.l.j.§.diuus.⁊ in.§.ſi quis vltro. de queſtio.⁊ in.l.diui.de penis.⁊ in.l.non tantum.de appel.cum ibi not.etiā
4 per ſupradicta.Et licet Bar.in.l.ſi.de queſtio.dixerit † qđ ſi tortus non confiteatur delictum ꝙ ſit liberandus quaſi indicia ſint purgata:intelligo ꝙ ſit liberādus ab illa inquiſitiōe ⁊ non diffinitiue a delicto.per nō.per Saly.in.l.ſi quis adulteri.C.de adulte.vbi dixit per glo.ibi poſitam ꝙ ſi iudex habet ſufficientia indicia contra accuſatum qui pluries tortus nihil confeſſus eſt non debet ipm abſoluere diffinitiue:ſed debet concedere abolitionē accuſatiōis.per.l.abolitionem.eo.titu.⁊ idem ipſe tenet in in.l.ſi quis alicui. ad.l.iul.ma.vbi dixit qđ ſi reus delatus in illo crimine tortus nihil confeſſus fuit propter quod accuſator fuit tortus qui nihil probauit ꝙ iudex neutrum abſoluet:ſed rem indiſcuſſam dimittet:⁊ ideo ꝙ debebit liberari fideiuſſoribus.⁊ non diffinitiue abſolui a crimine:⁊ idem videtur tenere Saly.in repe.l.ſi quidem.C.de accuſa.non tamen clare:quia poſſent indicia ſuperuenire.

1 ¶ Error preſumitur ex perſuaſionibus que ſunt circunſtantie erroris.Et quō probabitur perſuaſio.nu.2.
3 Confeſſio pōt reuocari poſt ſententiam latam qñ eſt facta coram incompetēti vel extraiudicialiter.
4 Confeſſio dicitur ſponte facta etiam ſi delinquens fuerit detentus a iudice qui non dicitur metum intuliſſe.
5 Confeſſio erronea non poteſt reuocari quando error cadit in latam culpam.
6 Perſeueratio debet fieri pluries diuerſo tempore.
7 Confeſſioni que non incipit a tormentis ſed fit ſponte ſtandū eſt ſi ſit vera.
8 Confeſſus ſponte non appellat.
9 Confeſſio facta calore iracundie poteſt reuocari.
10 Confeſſio iurata poteſt pretextu erroris reuocari.
11 Confitens ex interuallo pōt ſuam cōfeſſionē interpretari ⁊ ꝑpterea in facta cōfeſſione in criminalibꝰ datur terminꝰ cōfitenti ad faciēdas ſuas defenſiōes.nu.12.
13 Conſanguinei ⁊ amici admittuntur ad probandum errorem confitentis ⁊ confeſſionem reuocantis.
14 Litere amicorum admittuntur ad probandum hominem viuere qui dicitur occiſus ab inquiſito.
15 Bannitus ex delicto an poſſit torqueri ſi capiatur?
16 Accuſatus nolens reſpondere accuſationi poteſt torqueri vt confiteatur etiā ſine indicijs.
17 Pars non poteſt torqueri ante publicationem proceſſus.

Sequitur queſtio quotidiana. Quidam inquiſit⁹ de crimine fuit confeſſus crimẽ ſine tortura ad perſuaſionem officialis ꝓpter quod poteſtas ipe intendit vigore ſue confeſſionis ꝓcedere contra ipſum ad condẽnationem. hic clamat ꝙ talis confeſſio fuit extorta per poteſtatem qui ſibi perſuaſit ꝙ confiteretur crimen ex certis bonis reſpectibus ꝛ de pena non curaret nec timeret: de aliquo propter honorem curie alias haberet chordã: ꝛ ſic dicit confeſſionem extortam per deceptionem officialis: ꝛ ipſam tanꝙ extortam ꝛ non verã reuocare vult dicens ſe innocentem an hoc poſſit facere. Et dico ꝙ ſic: qꝛ iſta confeſſio fuit extorta per officialẽ eius ſuaſionibus contra formã iuris: ꝛ põt reuocari. ſm Dy. in tractatu de queſtionib⁹. qui admouet iudices ꝙ non faciant iſtas perſuaſiões in ſpecie: ſed generaliter petant quis cõmiſit crimen ꝛc. per tex. in. l. j. C. qui queſtionẽ habitur⁹. de queſtionibus. vbi dicit tex. ꝙ videẽ magis extorquentis ꝛ ſuggerentis ꝙ requirentis. ꝛ facit. l. j. §. perſuadere. de ſeruo corru. facit. l. prius cũ ibi not. ad ſille. et ꝙ habenẽ in. l. ſi poſtu. in §. ſi negauerit. ff. de adul. Propter quod dico ꝙ poterit reuocare talem confeſſionẽ ſi in ea ſponte non perſeuerauerit: qꝛ cõfeſſio quam quis facit ad perſuaſionẽ aduerſarij facili⁹ reuocaẽ ꝙ illa quã qs facit a ſeipo. l. j. §. ſi. quando anna. eſt actio. de peti. de ven. inſpi. l. j. §. ſi oẽs. ꝛ Bart. in. l. non fatetur. ff. de confeſ. per iſta iura. vbi dicit † ꝙ ex perſuaſionibus que ſunt circunſtantie erroris preſumiẽ error. ꝛ in. l. error. de iur. ꝛ fac. ignor. niſi ipſa confeſſio fuerit deinde perſeuerata. per tex. ſing. in. l. j. in verſi. tran. de plus peti volentem ſecundam confeſſionem: ſpontaneam poſt primam purgare vitiũ extorſionis in prima cõmiſſam per eum in cuius fauorẽ fit confeſſio. ſm Ludo. in cõſi. cccclxxxj. vbi etiã qñ eſſet iurata. ꝛ dicetur. J. ꝛ Bar. in. l. cum falſa. ff. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ etiã qñ eſſet iurata debet iudex verificari facere ipſam confeſſionem extortam per veriſimilitudines: vt alias. ſ. diximus. vt habeat veritatem luculentam. † Probabiẽ aũt iſta perſuaſio ex forma interrogationum ex actis apparentium: ꝛ ex monitionibus ſibi factis. vel per notarium actorum qui debet omnia ſcribere etiã variationes ꝛ vacillationes: vt habetur in. c. qm̃ contra falſam. de proba. ꝛ. ſ. diximus in alijs capitulis. Et ſic an iſte confeſſiones perſuaſionibus poſſunt confeſſionem perimere: annullare: ꝛ reuocare. Jn quo Bar. in tracta. de tortura dixit ꝙ etiam ſi teſtis fuerit tortus: ꝛ in tortura fuerit confeſſus: ꝛ ante ſententiam dixit ſe erraſſe ꝙ poteſt reuocare errorem facti: qꝛ non videtur fateri. l. ij. in prin. de confeſ. ꝛ. l. error. de iur. ꝛ fac. igno. ar. l. ij. quo. appel. non reci. Quia condemnato ꝛ confeſſo in tormentis facta perſeuerãtia etiã poſt ſententiam ſubuenitur propter errorem ſuum de ignorantia ſua docere volenti que ſi oſtenditur abſoluetur. ff. eo. l. j. §. ſi quis. quia cõfeſſus formidine tormentorum auditur. d. l. ij. C. quo. appel. ꝛ ſi in iure errauerit: tũc non audiẽ cõtra cõfeſſionẽ. d. l. error. ſm Bar. ibi: qui etiã dixit ꝙ niſi perſeuerata fuerit talis cõfeſſio ꝙ nec plenã ne ſemiplenam cõfeſſionem inducit: quia non cõfiteri ꝛ confiteri formidine tormentorum ſunt paria: ꝛ dixit Jnno. extra de electio. c. ꝗ inquiſitionẽ. ꝙ poteſt dicere ꝙ in alium caſum intelligaẽ ſua cõfeſſio extraiudicialis per. l. generaliter. C. de nõ nu. pecu. ꝛ in. c. cũ dilectus. de ſucceſ. ab inte. et de accuſa. c. ſi cõſtiterit. vbi vide Jnno. qui dixit in. c. mulieri. de iureiur. ꝙ licet non poſſit quis venire cõtra ſuã confeſſionẽ † tamen poteſt poſt ſñiam latã cõfeſſionẽ reuocare qñ eſt facta coꝛã incõpetenti vel extraiudicialiter. Bal. aũt in. l. ſi. C. de ꝓba. dixit ꝙ cõfeſſiones ꝑ tormenta extorte que nõ per ſe: ſed cũ ꝑſeuerãtia fama: ꝛ veriſimilitudinib⁹ facti vel alijs adminiculis indicãt veritatẽ nõ reuocanẽ. ſm Nico. de mata. qui ꝓpterea dixit ꝙ nihil prodeſt confitenti in

tormētis reuocare cōfeſſionē ſi cōtra ſe ſint alia indicia cōiūcta
cū cōfeſſiōe q̄q̄z extorta q̄ inducāt indubitabiliter veritatē; niſi
reuocans ꝓbaret cōtra vel clare vel ꝑindicia elidentia contra
ria indicia. Saly. aūt in. d. l. fi. dixit ꝙ dictum Bal. ſibi non pla=
cet: q꞉ fruſtra eſſent leges que reuocationē permittunt ſine ali=
cuius cauſe ꝓbatione dicēs ꝙ ſi dicas reuocatio tollit preiudi=
cium ꝙ facit cōfeſſio: ſed nō ꝓiudiciū indicij ꝙ nūc cōfeſſio reuo=
cata inducit: q꞉ iſtud indicium nō eſt indubitatū ꝓpter tormen
ta: ⁊ quodlibet indiciū oportet eſſe indubitatum: ⁊ luce clari⁹
alias ſm doctrinam Bal. freni temperies nō imponerent iudici=
bus. quā lex imponere voluit. per. l. q̄ ſniam. de penis. iſta ſunt
verba Saly. tñ nullius ſaporis. Bal. aūt in. l. ſi quis in hoc ge=
nus. de epiſ. ⁊ cle. dixit ꝙ ſola cōfeſſio: vt poſſit veniri ad condē
nationē in criminalib⁹ debet eſſe ſponte facta. ⁊ veriſimilis. ff.
de q̄ō. l. j. §. ſi q̄s vltro. ſi fiat ante ſniam: ſecus ſi poſt ſniam extra
4 iudicium per glo. in. l. nō tm̄. ff. de appel. dicēs † ꝙ dicit ſpōte fa
cta etiā ſi fuerit detētus a iudice q̄ nō dicit metū inferre. niſi ꝓ=
bet metus vel tortura vbi plus dixit ꝙ ſpōte cōfeſſus maleficiū
ſi iudex eū de facto abſoluit ex tali ꝯfeſſione nō reſultat aliquis
effectus poſtq̄ eſt iudicatū cōtra cōfeſſionē. ſm Innō. extra de
iureiur. c. mulieri. q̄ etiā dixit in. l. cū falſa. de iur. ⁊ fact. ꝙ cōfeſ
ſio non vera in iudicio preiudicat ipſi confitenti: q꞉ probationē
inducit nō ꝓbato cōtrario. tñ loquitur in ciuili: ſed in. l. error. de
5 iur. ⁊ fac. dixit † ꝙ cōfeſſio erronea nō pōt reuocari [a] qñ error ca
a dit in latā culpā: ſecus ſi nō cadit in latā culpā: ⁊ q꞉ pōt reuoca
ri ſi ēſt in facto vſq̄ ad ſententiā. per. d. l. error. ſubdēs ꝙ ꝯfeſſio
facta ſuper homicidio nō pōt reuocari: ⁊ ꝓiudicat qñ confitens
non poteſt contrarium ꝓbare. l. ſi is cum quo. ff. de cōfeſſis. ſm
gloſ. et Cyn. in. d. l. error. de quo articulo late dixi. S. in verbo
confeſſio. in. c. j. qui plus dixit ꝙ erronea confeſſio non poteſt re
uocari poſt ſententiam. niſi eſſet falſa per relationem ad ali=
quā ſcripturam. per. l. ſi fideicōmiſſarium. de confeſſis. qui dicit
ꝙ erronea cōfeſſio reuocatur poſt ſententiā. ⁊ ſubuenit erranti
beneficio reſtitutionis: vt ibi latius per ipſum: q̄ etiā dixit in. l.
ij. de errore calculi: quod cōfeſſio erronea etiā ſepius repetita
pōt reuocari niſi fuerit facta ex certa ſcientia que ſi non fuiſſet
iterata poſſet infringi etiam ꝓbato cōtrario. p. d. l. cū falſa. que
in iure facta nocet etiā nō reiterata. p. l. j. de confeſſis. ⁊ in. l. ru=
ra. de omni agro. lib. x. Et plus dixit id Bal. in. l. ſicut. de repu.
here. quod ſi quis eſt confeſſus in iudicio ſtatur ſue confeſſioni
etiam ſine cauſa ⁊ informat: tamē loquitur in ciuili: quia in cri
minali in confeſſum requirit ſententia indiſtincte: q꞉ poſſet con
trarium ꝓbare. l. ſi confeſſus. de cuſto. reo. ⁊ idem bar. in. l. ict⁹
fuſtiū. de infami. ⁊ idē in. l. ꝓinde. ad. l. aq̄l. ideo d꞉ dari ſnia. l. j.
§. diuus. de queſtio. licet aliter dixerit Andre. de iſer. in conſti.
regni penam eorum. ⁊ bald. in. d. l. ictus fuſtium. ⁊ ꝙ ſententia
requiratur tenet Innocē. in. c. cum ſuper. de confeſſis. licet in. c.
ij. ⁊ in. c. qualiter ⁊ quādo. de accu. videatur aliter dicere. ⁊ q̄d
habetur in. c. romana. de appel. in. vj. ⁊ dixit Ange. in. j. de cō=
feſſis. ꝙ ex cōfeſſione iudiciali non poteſt quis cōdēnari niſi ſit

a ¶ Reuocari. An qñ q̄ confeſſionē ſuam reuocare poſſit vide tu fely. in. c. cū dilecti. v. colū. l fi. v̄ſi. nō. xj. vbi ēt an qñ q̄s cōfeſſionē ſuā ad aliq̄d admittat ibi. in prin.

perſeuerata:tamen idem Ange.in.l.j.de re iudi.dixit ꝙ glo.d.l.j.de confeſ.hꝫ
locum in confeſſione extorta per tormenta.alās ſecus niſi probaret̄ falſitas con
feſſionis.ſm Spec.in ti.de confeſſis.§.effectus.preſertim ſi eſſet extorta p tor=
menta ſine indicijs:quia ꝙuis perſeuerata non damnatur ex ea per glo.ſing.⁊
6 Bar.in.l.j.de queſtio.⁊ idem Inno.in.c.cauſam matrimonij.de offi.deleg.† ⁊
propterea perſeueratio debet fieri pluries diuerſo tempore.ar.glo.in.l.iiij.de
pigno.ac.⁊ tꝫ bald.in prin.C.in hoc caſu quando confeſſio eſſet pluries perſe=
uerata an poſſit pretextu erroris reuocari.Ludo.in repe.l.ſi vero.§.de viro.ff.
ſolu.mat.in.xxxj.fallentia late proſequitur hoc an confeſſio geminata poſſit
pretextu erroris reuocari etiam vbi iuramentum interuenit.nam iudices ſolēt
deferre iuramentum reis quando ipſos examinant ⁊ interrogant in criminali
bus:de veritate dicenda.⁊ bald.late in.l.iuſſu.⁊ ad pecunias.⁊ in.l.cum precū.
de libe.cau.vbi de intellectu gl.in.c.ex litteris.de diuor.volentis confeſſioneꝫ
poſt terminum deliberatorium non poſſe reuocari pretextu erroris:ꝙ late pro
ſequitur Ludo.in conſil.cccxcj.⁊ in.d.§.de viro.⁊ ſic videatur dicendum in caſu
confeſſionis pluries perſeueratis.tamen dic vt ibi.⁊ in.d.§.de viro.⁊ quia ipſe
etiam in deliberando poſſet errare vide de veritate in dictis iuribus.⁊ in.d.l.
error.⁊ in.l.non fatetur.de cōfeſſis.⁊ late Lud.in.d.conſi.examinauit quando
interuenerit iuramentum in ipſa confeſſiōe ſi poteſt pretextu erroris reuocari:
⁊ idem Lud.in conſi.cccxlvj.⁊ tetigit And.de Iſer.in conſti.regni.ſi dāna clan
deſtina quando confitens iurauit.Et circa ſupradicta de cōfeſſione facta in tor
mentis ſi debeat ei ſtari vel poſſit reuocari.bald.in.l.j.C.de confeſſis.dixit ꝙ ſi
preceſſerunt legittima indicia ⁊ argumenta ꝙ ei ſtatur preſertim ſi perſeuerat
ſi tamen non preceſſerunt leuia non facientia preſumptionem non ſtetur confeſ
ſioni niſi in ipſa perſeueret.per glo.d.l.j.de confeſſis.⁊.l.j.§.diuus.de qō.qr vr̄
perſeuerare eo ipſo ꝙ non reuocat:qr iſte non eſt iuſtus metus eo ꝙ hoc operat̄
auctoritas iudicis propter executioneꝫ iuſtitie.per.l.iij.ꝙ me.cau.dicens ꝙ ſi ap
pellat non intelligitur perſeuerare:ſed tacite reuocare.per not.in.l.creditor.§.
iuſſus.de app.Subdens ꝙ ad hoc vt non poſſit appellare iudices faciunt ipſuꝫ
de nouo duci ad tribunal:⁊ ibi publice confiteri.per.l.ij.de cuſt.reo.Et ſi poſſit
probari ꝙ illa noua confeſſio repetitis tormētis:qr ſi emanaſſet eſſet ſicut pri=
ma vulnerata:⁊ maiori vulnere:quia ſemel tortus competenter iterum non dꝫ
7 torqueri niſi noua indicia ſuperueniant.l.repeti.de queſti.vbi bal.concludit †
qḋ confeſſioni que non incipit a tormentis:ſed fit ſponte ſtandum eſt ſi confitet̄
verum:⁊ nocet confitenti niſi eſſet talis confeſſio q̄ poſſet interpretari in bonā
partem.c.cum dilecti.de accu.ſi vero confitetur falſum non eſt ſtandum:qr eſt
ꝯtra naturam veri.de qō.l.j.§.ſi quis vltro.de appel.l.non tantum.⁊ vbi dubi
tatur.tunc preſumitur vera ⁊ ſponte facta quia iurat de veritate dicenda:⁊ qr
quis non preſumitur in ſe mentiri.⁊ dixit Joan.an.in.c.romana.§.ſi autem.de
8 appel.† ꝙ ſponte confeſſus non appellat ⁊ iudex non debet deferri eius appel=
lationi:immo ſtatim in criminali poteſt exequi ſuam ſniam.de appel.l.conſti=
tutionib⁹.niſi vellet allegare errorē.vel niſi ſuperior inheret vel niſi etiam iu
dex detulerit appellationi.vel niſi infra.xxx.dies nō dederit apoſtolos.ſm bal.
in.d.l.j.Ubi etiam dixit ꝙ quando dubitetur vtrum confeſſio fuerit facta metu
tormentorum ſi nulla fuerunt adhibita imputet ſibi confitens ſi fuerunt adhi=
bita vel precedebant mine terribiles:quia preſumitur metus:niſi eſſet talis ma
lefactor cui iudex tanq̄ terribilis deberet minari:qr potius debent p̄ſumi ꝯtra
confitentem q̄ contra iudicem dicens ita debere intelligi bald.in.l.de pup.§.ſi
quis ipſi pretori.de noui ope.nun.Et ſic cum due p̄ſumptiones poſſunt eſſe vna
metus:alia ꝙ ex conſcientia criminis:preſumitur potius ex cōſcientia criminis
ſm Bal.

9 ſcdm Bal. ibi. †Et non ſolum confeſſio erronea poteſt reuocari: ſʒ
a etiam facta calore iracundie [a]. gl. in. c. ex literis. de diuor. niſi ſit facta dato termino ad liberandum: ⁊ deliberauit per glo. ibi. ⁊ per glo. ij. q. j. c. ſi quis. ⁊ dixit Ja. bu. in. l. de etate. §. qui iuſto. de interro. actio. qđ in reuocatione confeſſionis facte ante lit. conte. non requiritur iuſtus error. ſecus poſt litem conteſtatā.
10 ⁊ in Specul. de confeſ. in fi. l. is qui ſe. de rei ven. †Nam etiā confeſſio iurata poteſt pretextu erroris reuocari: vt in. c. cum dilecti. de accuſa. ⁊ glo. ſingul. in dicto. c. ex literis. que etiaʒ poteſt incontinenti reuocari. c. preterea. de teſtib⁹ cogen. etiam anteꝙ ſit in ſcriptis redacta. c. olim. de cenſibus. ⁊ gloſ. in. c. cum in poſitionibus. de iureiur. in. vj. ſcdm Bald. in. l. edita. de eden. niſi fieret malitioſe. ſcdm gloſ. in. c. apud miſericordem. xxxij. q. j. ⁊ in
11 l. rura. de omni agro deſer. †nam poteſt confitens ex interuallo ſuam confeſſionem interpretari. d. c. dilecti. ſcdm Bald. in tit. qui ſucce. tene. §. item. Si tamen apparet confeſſio accuſati ⁊ non dicitur ſcriptura quod fuerit ſponte facta preſumiť facta ſponte. ar. glo. in l. ſed ⁊ ſi quis. §. queſitum. ff. ſi quis cau. quia in iudicijs non preſumitur metus adhibitus. l. non eſt veriſimile. ꝙ me. cauſa. ſcdm Bal. licet latius in. d. §. queſitum. Si tamen curia dicat ꝙ fuit ſponte confeſſus ⁊ inquiſitus dicat quod formidine tormentorum adhibitorum ⁊ inferendorum. Bald. conſuluit. ꝙ ex quo tales confeſſiones conſueuerunt extorqueri per tormenta debet preſumi formido. ⁊ hoc dicat ratio naturalis: quia nemo vitam ſuam odio habet. ⁊ Pe. de ancha. in conſi. cxxij. incip. viſa inquiſitiōe tenuit qđ pſumitur formidini tormentoꝝ. dicēs quod confeſſus formidine tormentorum debet reuocare confeſ
12 ſionem. vt in. d. conſilio late dixit per multa iura. ¶† Propterea conſuluitur quod facta confeſſione in criminalibus detur terminus confitenti ad faciendas defenſiones ſuas quo caſu poterit contra confeſſionem aliqua probare illam reuocare ⁊ interpretari per ſupradicta. Et ideo dixit Bald. in. l. ij. C. de cuſto. reo. quod qñ quis cogitur ad confitendum debet apud acta cōfiteri ⁊ debet ipſum duci facere ad banchum apud acta ⁊ cauti⁹ quod interſint duo teſtes qui videant ſpontaneam confeſſionē dicens qđ Azo in ſumma de confeſſis. dixit quod cautius eſt ꝙ tempore quo mittitur ad ſupplicium quod illam confeſſionem ratificet. dicens quod tunc requiritur perſeuerantia quādo confeſſio emanauit per torturaʒ. ſecus ſi ſponte: quod tenet Gandi. ⁊ Barto. Et ſic dicit Bald. in. d. l. ij. quod quando in confeſſione perſeueratur tacite. i. quia non reuocatur confeſſio. tunc ſi ſponte emanauit ſufficit ad condemnationem: aut metu tormentorum ⁊ non ſufficit. immo repetenda eſt confeſſio. ſi autem reuocatur confeſſio: quia non perſeueratur in ea tacite vel expreſſe admittitur reuocatio ſi ſint aliqua indicia facientia pro reuocatione ⁊ ſi poteſt cogi confiteri ergo fortius poteſt cogi perſeuerare in confeſſione. alias illa reuocatio non procederet: niſi allegaretur error ⁊ probaretur. alias non ſtaret per allegantem ſed ſtaret per iudicem quo minus probaret. ⁊ quod no. de infa. Lictus tamen poſſet interpretari confeſſionem per. d. c. dilecti.

a ¶Iracundie. Adde tu Fely. in fi. ex lfis. de iure iur. ⁊ in. c. dilecti. de excep. i pñ. vl. col. in verſi. ꝺ alijs geſtis ⁊ remiſſiue l c. ſi ꝟo. in. ſ. col. poſt me. in ꝟ. ⁊ ꝑ hoc apparet circa fi. de iure iuran.

de accu. Nam ſi fuit confeſſus occidiſſe hominem poterit probare quod ad ſuā
legitimam defenſionem occidit vel quod erat bannitus. vel quod erat rebellis
vel hoſtis aut quod occiſus minatus fuerat mortem confitenti qui poterat in=
continenti occidi. vel fuerat repertus depopulari agrum qui poſſunt occidi. l.
j. C. quādo licet ſine iudi. ven. vel qꝛ fuit repert⁹ in adulterio vxoris. l. gracch⁹.
de adul. vel qꝛ fuit repert⁹ in raptu mulieris honeſte qui potuit occidi. l. j. C. de
raptu virg. vbi tex. vel quia percuſſerit leuiter ⁊ percuſſus fuit mortuus ex ſua
negligentia ⁊ ſimiles probationes facere vel probare errorem. quia homo qui
dicitur occiſus viuebat vel quod alter occidit eum. vt in. l. inde neratius. §. fin.
ad. l. acquil. vel ſi fuiſſet confeſſus furtum poterit probare furtum fuiſſe dome
ſticum quod eſt impunitum. ff. de penis. l. capitalium. §. furta. vel quod res que
dicuntur furate erant ſue qđ eſt contra naturā furti. ſm Ludo. in conſilio. cccxc.
vbi dicit quod ſi quis recipiat res habitas pro derelicto a dn̄o licet confiteatur
eſſe furtum non ſtatur ſue confeſſioni: quia lex repugnat furto ꝙ non dicat̄ dn̄o
inuito fieri qui cōfeſſiones reoꝝ non debent haberi pro exploratis facinorib⁹.
de queſtio. l. j. §. diuus. ⁊ in. §. ſi quis vltro. e. titu. ⁊ in. l. diui. de penis. ⁊ in. l. nō
tm̄. de appel. Sic ergo iudex in iſtis confeſſionibus debet eſſe valde aduertēs
⁊ videre an ſi ſint veriſimiles per ea que habentur in. l. capite quinto. de adul=
ter. ⁊ in. l. ſi qui adulterij. C. eo. Et ſubſit cauſa delicti confeſſati. vt ſi dicat per=
cuſſiſſe vel occidiſſe hominē ⁊ nulla ſubſiſtebat cauſa quare hoc facere debuiſ=
ſet. l. milites. ⁊. l. decuriones. C. de queſtio. nam videm⁹ multos imbecilles ani
mo confeſſos crimina. ⁊ deinde in ſupplicio iudicio anime ſue iuraſſe hoc non
eſſe verum ⁊ repertum fuiſſe dixiſſe mendaciū crimina confitendo. Et adde no.
qđ non ſolum ipſe principalis poſſet ſuam confeſſionem reuocare in qua eſſet
error vel impreſſio torture. ſed etiam pater poſſet reuocare confeſſionē filij pro
ſuo intereſſe. glo. in. l. j. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxa. cau. ⁊ Bar. in. l. cū fili⁹. in prin.
de ver. ob. Et ſi ſit cauſa perſonalis non ſolum admittit̄ pater ſed quelibet con
iuncta perſone ad reuocandum confeſſionē ⁊ probandū contrariū ꝓ ſuo intereſ
ſe. ar. l. j. ij. ⁊. iij. de li. cau. ⁊ de appel. l. non tantum ſm Bal. in. d. §. ſi abſens. qđ
habet locum etiam in ſpurio. ſm Bal. in. l. j. C. de confeſ. in repe. ⁊ Bal. in tit. de
13 confeſ. in addi. Spe. in ſi. vbi alia iura alle. †Et addas vnum ſingulare quod ad
probandum errorem confitentis et confeſſionem reuocantis admittuntur con=
ſanguinei ⁊ amici illius confitentis. ſm Ange. in. l. ſi his cum quo. ff. de cōfeſſis.
ar. l. aditos. C. de appel. ⁊. l. aditos. C. de epi. au. ⁊. l. nō tm̄. ff. de appel. qđ tenet
14 Spec. in ti. de confeſſis qui dixit. † quod ad probandum hominem viuere qui
dicitur occiſus ab inquiſito admittuntur littere amicorum. ⁊ tꝫ etiam Spe. in
ti. de inquiſitione. §. j. ver. ſed nunquid vbi dixit ꝙ ad probandū innocentiā ad=
mittunt̄ teſtes domeſtici ⁊ minus ydonei. ¶ Modo videndū erit de purgatiōe
indicioꝝ qualiter ⁊ qn̄ dicant̄ purgata fuiſſe. ⁊ dico ꝙ ſi iudex bis vel ter torſit
reum ⁊ non fuit ꝯfeſſus aliqd ꝙ debebit hr̄e indicia ꝓ purgatis. alſ videretur
illum pro conuicto habere ex ſolis indicijs ſi ipm̄ nō liberaret quouſqꝫ confite
retur. ⁊ ideo dixit Bar. qđ iudices hoc agens male faciunt in. l. fi. de queſtio. cū
debeant moderare ꝓcedere in tortura. vt in eo. ti. §. tormenta. propterea immo=
derate procederent ſi vltra tres vices diuerſis temporibus qōnē repeterent cū
ſit preiudicialis. ⁊ ar. l. fideicōmiſ. §. ſi qs. ⁊ de leg. iij. ſm Pau. de ca. in ꝯſi. cxcv.
Purgantur etiam indicia qn̄ probat inquiſit⁹ aliquid qđ extinguit crimē. vt qꝛ
in homicidio ꝓbauit qđ occidit ad ſuā neceſſariam defenſionē. ſm Ang. in. l. ſi
vacantia. de bo. vacā. circa fi. Itē qn̄ reus hꝫ aliqua idicia ꝓ ſe que eſſent magis
grauia qꝫ illa que ſunt contra ipſum. l. j. §. ad queſtionem. eo. ti. vbi Barto. ⁊ qn̄
eſſet contra reum vnus teſtis ⁊ pro reo eſſet vnus alter dignior illo ſm barto.

in.l.vnino.§.iudex eo.ti.Licet Bal.in.l.j.C.de furtis dicat aliſ.
a ¶ Purgatur etiam indicium ſi probetur ꝙ ſit bone fame[a] quia facit illud eſſe purgatum ſm Ang.in.l.j.§.ſed ſi ex in ꝓuiſo .de re milita. Uel ſi offenſus exculpat reum qui dicitur offendiſſe di cendo ⁊ confitendo ꝙ ipſe non fuit culpabilis ſm Bal.in.l.fi.C. communia delega.vbi dixit ꝙ ſi teſtator exculpauit reũ ꝙ ex in dicijs non torquebiſ quia habet indicium innocentie pro ſe.per l.Paulus.§.j.de bo.liber . dicens ꝙ ſi liquide conſtaret de cri mine ꝙ puniretur per.l.ij.ff.ad ſilſ.tñ Bal.in.l.transigere.C.de tranſact.tenet ꝙ non valeat cõfeſſio offenſi quando conſtaret contrarium vel facti qualitas manifeſte oppoſitũ declaret.:Lȝ Jaco.but.ibi teneat ſimpliciter ꝙ confeſſio offenſi excuſet offen
b ſorem[b].⁊ opi.Bal.ſequiſ Lodo .in conſilio.cxiij .⁊ vide Bald. in.l.accuſationem.C.qui accuſa.non poſſunt.de quo vide bal. in.l.ſi inſtituta.§.j.de inoffi.teſta.⁊ in.l.j.§.ſi quis moriens.ad ſille.vbi ꝑ alios.Item ſpontanea ꝯfeſſio purgat antecedentem factam in tormentis.vt habes late.ſ.in.c.an ex ſola confeſſiõe. Item per torturam teſtis vilis ⁊ ignoti purgatur precedens ei⁹ infamia ſeu vtilitas.vt in.l.j.§.itez cornelio.de qõni.⁊ in auſ.de teſti.§.ſi vero ignoti.⁊ in.l.ex libero.eo.titu.⁊ vide.ſ.in ſi.ꝯtra
15 indicia.¶ †An ſi capiaſ bãnitus ex delicto poſſit torqueri.Dic qȯ ſic qꝛ bannito propter delictum facit ꝓſumi contra delinquẽ tem ſuꝑ delicto.l.j.⁊.ij.de requi.re.ex quo ex qualitate ꝑſone poterit ſubijci tormentis.ar.de qõ.l.milites.Nõ tamen punieſ niſi de veritate delicti fuerit confeſſus ⁊ conuictus.ſm Bald.in
16 l.j.de.C.heredi.inſtituẽ.¶ †Accuſat⁹ nolẽs.rñdere accuſatiõi poteſt torqueri vt confiteatur etiam ſine indicijs quia non tor⸗ quetur ad punitionem.ſed vt rñdeat bal.in.l.accuſatione. C.q̃
17 accu.nõ poſ.ꝑ.l.neganda.⁊.l.his q̇.C.e.ti.¶ †Ante publicatio nem ꝓceſſus pars non põt torqueri.Ja.bu.in.l.ſolã.C.teſti.qȯ vſ verum ſine dubio ad petitionẽ ꝑtis:ſȝ ſi fiat ex offõ iudicis nõ eſt vis ſi fiat publicatio vel non ſm Inn.in.c.cum clamor.de.te⸗ ſti.Tamen primum eſt titius qꝛ cum tortura nõ debeat fieri niſi in defectum ꝓbationis ⁊ niſi precedentib⁹ indicijs:⁊ cuȝ adhuc nõ cõſtet de eis qꝛ ꝓceſſus nõ eſt publicatus nihil ꝓbat:vt not. in.d.l.ſolam.ergo non eſt locus torture.ita Bal.in.d.l. milites nam teſtes poſſent repulſari ⁊ indicia vacuari. vt.ſ.dixim⁹ .Et dixit bal.in.d.l.milites.ꝙ ſi tortura eſt adhibita in caſu a iure non permiſſo non vitiat reliquum proceſſum ſed ille actus in ſe non tenet.per.l.j.de queſtio.

1 ¶ Confeſſio rei a ſeipſo facta ſponte apud acta an ſit ſufficiẽs ad condemnationem? ⁊ nu.2.

1 Nunc videndum eſt †de confeſſione rei a ſeipſo facta ſponte apud acta an ſit ſufficiẽs ad condemnationem vel non.glo.in.l.ij.C.de cuſto.te net quod non dũ allegat.§.diu⁹ ſeuerus.qui loquiſ indiſtincte.⁊ idẽ ſentit ibi glo.in ver. perſeuerãte. et idem videtur tenere gloſ. in.l. auxilium §.de⸗ lictis.de minor. in verbo fateatur. et hoc aſſerit Cy.ibi tenuiſ⸗ ſe Franc.accur.⁊ ſentit gloſ.in.l.j.ff.eodẽ.vt tres confeſſiones

a ¶ Fame. adde .d. pe. phi.cor.l ꝯſi lio.lviij. ici. viſa. ijlitera r.in.ij.ꝑte.ꝑ ut,ẽt dixi . ſ. ꝟſ.an ſteſ dt cto.torti. in vij.colũ. vbi ẽt ꝑ eundẽ.

b ¶ Excu⸗ ſet offenſo⸗ rez.An ⁊ qñ excuſat.⁊ qñ nõ vide tu ſe ly. in.c. j. in vi.col. circa fi.§ .q̃d aũt de ꝓſump.

requirantur: que gloſ. communiter nõ tenetur ne forte innocẽs perire feſtinans ad ſupplicium perducatur. l. non tantum. ff. de appel. Sed. Dy. tenuit contra Fran. accur. dicens quod ſponte apud acta confeſſus ſtatim carceratur abſq; noua interrogatione perſeuerans damnandus eſt in confeſſione[a]. l. finali. eod. titu. de cuſto. reo. ⁊ per. l. cum reis. de penis qui pro caſu inducit. l. qui ſententia. eo. titu. ⁊ ibi glo. que vnam tantum confeſſionẽ exigi. per gl. in. l. ſi quis in hoc genus. de epiſc. ⁊ cle. que ſic intelligi. de cuſto. reo. l. ſi confeſſus. ⁊. ff. de interdi. ⁊ rele. l. inter penas. §. fina. ⁊ hoc idem tenet Azo. in ſumma. de confeſ. et hoc etiam tenet Cyn. in. d. l. ij. C. de cuſto. reo. per. l. ſeruos. ad. legẽ iul. de vi. ⁊ tenet Mar. ſi. et Bartol. in. l. j. §. diuus de queſtio. Et Jac. but. reſpondet ad. d. l. ij. q; ibi confeſſio fuerit facta metu tormentorũ q̃ nõ preiudicat propter metum ſicut nulla cõfeſſio facta non in figura iudicij que non plene preiudicat. per. l. capite quinto. de adul. licet tex. in. l. j. §. ſi quis vltro. de qõ. dicat nõ ſemper fidẽ adhibendam confeſſioni ſponte facte: tñ nõ negat tex. illi aliquando eſſe fidem adhibendã: ⁊ ſic ſi non appareat cauſa propter quam nõ ſit fides adhibenda ſtabit regule. vt fides adhibeatur confeſſioni ſpontanee. l. j. de confeſ. que loquitur indiſtincte. nam textus. in. d. §. ſi quis vltro. hoc declarat ſcilicet iudex non ſtatim condemnet: ſed de eius innocentia: et de cauſa ꝯfeſſionis inueſtiget vt melius põt. et ideo. d. l. ij. de cuſto. reorum. prouidit vt confeſſum carceret: et deinde apud acta eum educat ſi confeſſionem ſuam ex iuſta cauſa velit reuocare: ⁊ de cauſa docere: per iſtum modum iudicibus ſeuientibus freni temperies adhibetur non ſoluʒ torquendo: ſed etiã in ſponte confeſſum ſtatim condemnando nulla dilatione data ad defenſiones faciendas vel facere voluntatem non audiendo contra. l. vnius. §. cogniturum. de queſtio. nam ſponte confeſſum debet ad carceres mittere: ⁊ deinde dare ſibi apud acta terminum ad defenſionis copiam, infra quem ſi nullam faciat dicitur in confeſſione perſeuerare. ar. l. iij. de dona. inter virum. ⁊. l. ſi maritus. ⁊. l. ij. de do. cau. ⁊. l. quod calore. de reg. iur. Et ſi cõfeſſionem reuocat oportet qd cauſam dicat: ⁊ illam probet qua non probata infra terminum datum perſeuerat ſua confeſſio. d. §. ſi quis vltro. vbi tex. non dicit eo perſeuerante ſed falſa demonſtratione perſeuerante. ⁊ ſic etiam confeſſio perſeuerat q̃diu contrarium nõ probetur. l. error. de iur. ⁊ fact. igno. ⁊. l. ij. et iij. de erro. aduo. ⁊ tunc locum habent leges que dicunt q; iudex condemnationem non debet differre. l. cuʒ reus. de penis. Si autem confeſſus in tormentis vel eorum formidine reduct⁹ ad acta neget quid faciet iudex. Odo. quod ſi noua indicia ſuperuenerint reducatur ad torturã. alias ſecus per. l. vnius. §. j. ff. de queſtio. quod tenet Cyn. in. l. fi. de queſtio. ar. l. qui bona. §. ſi quis. de dam. infec. Barto. vero. in. d. §. j. diſtinguit ſecundum indiciorum qualitatem. vbi etiam noua non ſuperueniant quia erant multum vrgentia vel non multum manifeſta ⁊ nõ repetatur aut erant manifeſta ⁊ multum vrgentia: et tunc repetatur ⁊ ita ſeruatur in practica. iſta ſunt verba Salyce. in. l. ij. C. de cuſto. reo.

a ¶ In cõfeſſione. An et qñ confeſſio criminis nõ noceat: nec punit̃ pena ordinaria: nec extraordinaria vide tu fely. in. c. qualiter ⁊ qñ. in. §. licet de accu. poſt p̃n. i ver. ex quib⁹ remanet.

l.latius:⁊ de hoc vltimo ſupra latius dixi, Bald. autem in.l.ſi
2 quis in hoc genus.de epi.⁊ cle.dixit † quod confeſſio ſola ſpon=
te facta ſufficit ad capitalem penam imponendam ſi ſit verſimi
lis.de queſtio.l.j.§.ſi quis vltro.⁊ ſi fiat ante ſententiam: ſecus
ſi poſt glo.in.l.non tantum.de appel.Et Bald.in.l.j.C.de cõfeſ=
ſis.dixit quod confeſſioni que ſponte fit ſtatur ſi confitetur ve=
rum⁊ nocet confitenti:ſecus ſi confitetur falſum:quia eſt contra
naturam veri.de queſtio.l.j.§.ſi quis vltro.de appel.l.non tan=
tum.⁊ vbi dubitatur preſumitur vera et ſponte facta quia iura
de veritate dicenda ⁊ non preſumitur quis in ſe mẽtiri.⁊ late di
ximus ſupra in proximis capitulis.vbi de cõfeſſione. ⁊ crimina
li.⁊ vide etiam.ʒ.in verbo cõfeſſio.

1 ¶ Ratificatio dictorum in tormentis perſeuerata ⁊ iurata ex=
cludit omnem dubitationem ⁊ exceptionem.
2 Perſeuerare qñ quis dicatur?

a Ratificatio [a] dictorum in tormentis perſe=
uerata ⁊ iurata excludit omnẽ
1 dubitationem ⁊ exceptionem.Bartol.in.l.inter om=
nes.§.rectis.de fur.Et erit arbitrio iudicis quomodo
⁊ quando veriſimiliter eſſet metus tormentorũ.Bar.
in.l.j.§.diuus.de queſtio.⁊ in.l.ſi confeſſus.de cuſto.reo.⁊ Sa=
lyce.in.l.fi.C.de queſtio.Bal.⁊ Ang.⁊ Imo.in.l.q̃ in alie.§.fi.de
acqui.here Bald.in.c.j.de pace iura.fir.⁊ in.l.j.C.de confeſſis.
Que ratificatio tanq̃ ſpontanea confeſſio tollit facultatem in
termino defenſorio opponendi de ineptitudine proceſſus ſcdm
Inno.⁊alios in.c.qualiter.de accu.ſm Barto.in.l.ſi confeſſus.
de cuſto.reo.⁊ Salyce.in.l.ij.C.eo.titu.⁊ Bal.in.l.quotiens.de
iudi.⁊ in.l.j.de confeſſis.⁊ Ange.in.l.denunciaſſe.de adul.ff.et
plene in.c.fi.de reſti.ſpo.⁊ in.c.j.de accu.in.vj.Satis eſt enim q̃
poſt tormenta reducatur ad locum publici iudicij ⁊ ibi cõfitea=
tur.l.ij.de cuſto.reo.Dum tamen non incontinenti per no.in.c.
officij.de electio.⁊ in.l.lecta.ff.ſi cer.peta.⁊ not.in.l. metum.in
prin.C.q̃ me.cauſa.cum ſola ſuſpitio non ſit attendenda cũ al's
nunq̃ valeret ratificatio.per.l.item apud.§. queſtionem.de in=
iur.⁊ concludunt cano.in.c.cum in contemplatione.de reg.iur.
2 †quod perſeuerare tunc dicitur quis quando non terretur tor=
mentis ⁊ extra tormentorum locum illa non videns perſeuera=
tur.ar.l.j.§.ex incendio.de incen.rui.nau.quia aliqui tormen=
ta contemnunt ⁊ alij impatientes potius mentiuntur.l.j.§.quo
tiens.de queſtioni.Quod bñ dʒ inſpici ſm Ange.in.l.ſi vacan=
tia.de bonis vacan.in diſputatione ſua aſtenſis miles qui alle=
gat Inno.in.c.ſuper his.de accu.⁊ faciunt no.in cle.conſtitu.de
elec.⁊ in.l.j.de re.vxo.acti.⁊ in.c. piſanis. de reſtitu. ſpolia.et
iſte tex.in.c.j.de accu.in.vj.Et ſi quis cum iuramento fuerit con
feſſus delictum ſi deinde negat debet repeti tortura.per not. in
l.non tantum.de appel.quia cõfeſſio operatur q̃ ſententia exe
cutioni mandetur.⁊ Barto.in.l.marcellus rerum amota . et qđ
Bartol.in.l.ſi cũ.de lega.j.vbi Ray.et Imola, et facit deciſio

a ¶ Ratificatio. Adde eũdem.ʒ.i verſic. an ſtetur dicto torti.⁊ in.iij.colũ.et quod ibi dixi in apoſtil.

rote nou ⁊.clxxvi.que incipit. Item quod licet confeſſio.⁊ Bald.
in.l.j.de confeſſis.licet Pe.de ancha.conſuluerit contra.in con
ſilio.xxij.⁊ in quodam alio conſilio.

1 Nemo dãnatur ex preſumptionibus.
2 Confeſſio latronis non ſibi preiudicat niſi crimina in ſpecie cõ-
ſiteatur.
3 Fama ſola an ſufficiat ad probandum quẽ eſſe famoſum latro
nem ⁊ nu.7.
4 Famoſi latrones qui dicantur?
5 Fama eſt res fragilis ⁊ pernicioſa tranſmiſſa ab his qui deſy-
derant talem famam eſſe.
6 Qualitas hominis probatur per famam.

Quidam latro famoſus fuit captus:⁊ in po
teſtatẽ curie ductus qui propter
eius famoſitatẽ fuit tortus quia famoſitas ope-
ratur ꝙ torqueatur.ff.de queſtionibus.l.de mino
re.§.fi.qui nihil de crimine confeſſus eſt in tortu-
ra ⁊ fuit tanq̃ inſolens duriſſime tortus.ff.de que
ſtioni.l.j.§.queſtio.an poſſit condemnari vel ſit liberandus ex
quo nihil confeſſus eſt.Barto.in.l.fi.eod.titu.dixit ꝙ erit libe
randus reus qui in tortura nihil confeſſus eſt alias iudex tene-
bitur in ſindicatu. Tñ Andr.de iſer.in titu.de pace tenen.in.§.
publici latrones.attingit hanc queſtionem:arguit etiam quod
1 etiam ſit liberandus†quia ex preſumptionib[9] nemo damnat[a]
a de penis.l.abſentem.de mino.l.iij.§.j.⁊ ſic ſit abſoluendus licet
quidam dixerint nec abſoluendum nec condemnandum:tamen
ipſe Andre.dixit quod requiritur probatio ⁊ videtur inclinare
quod ſi iudex haberet animum informatum ꝙ ſit malus mõ de
liberaret cum ne deteriora faciat q̃ ea de quibus eſt fama ꝙ fe
